MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80338-20

AUTHOR:

LEHNERT, GEORG

TITLE:

DE SCHOLIIS AD HOMERUM RHETORICIS

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1896

Master Negative #

91-80338-20

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88HE
L53

Lehnert, Georg, 1871-
De scholiis ad Homerum rhetoricis. Dissertatio inauguralis quam ... scripsit Georgius Lehnert... Lipsiae, typis M. Hoffmanni, 1896.
111 p. 23½ cm.

Thesis, Leipzig.

178639

Restrictions on Use:


TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 12.02.1991 INITIALS Emilian
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202





MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE SCHOLIIS AD HOMERUM RHETORICIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO
PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI
RITE IMPETRANDOS
SCRIPSIT

GEORGIUS LEHNERT
FRIBERGENSIS.

LIPSIAE
TYPIS M. HOFFMANNI
MDCCCXCVI.

OTTONI RIBBECK
OTTONI IMMISCH
SACRUM.

Centum nunc anni praeterierunt, ex quo F. A. Wolfius exclamavit:[1]) utilissimum esset, undecunque collecta unum in locum habere, quae in libris veterum vel praecepta de arte poetica, vel iudicia de poetis suis sparsim leguntur. Quibus viri illustrissimi verbis, adductus, cum nemo adhuc eius desiderium expleverit, collegi, quaecunque in scholiis Homericis de arte poetae enarrantur. Persuasum enim habui fore hunc laborem utilissimum et ad cognoscendum, quantum studium veteres in Homeri interpretatioue collocaverint, et ad perspiciendas leges et praecepta, ex quibus poemata esse componenda statuerint. Qua occasione cognovi summa iniuria illa, et maxime ea scholia, quae vocantur exegetica, contempta ac neglecta humi iacere neque pro dignis haberi, quibus opera navetur.[2]) Cui consuetudini philologis indignae duplex causa ut explicationi ita excusationi est. Primum enim scholiis Veneti A in lucem protractis, ut natura rei secum ferebat, viri docti quam maxime ardebant enucleare, quid inde ad genuinam carminum Homeri lectionem recuperandam redundaret, eisque ad emendationem poetae uti.[3]) Quo quam bene meriti sint Lehrs, Ludwich, Friedlaender, multi alii, exponere hoc loco neqne in animo habeo neque opus est. Sed illo desiderio artis criticae factitandae studium alia investigandi, quae observare non minus operae pretium est, plane exstinctum est, ita ut, quae ad illustrandam artem poetae scholia exhibent, adhuc sospitatorem desiderent.

Hanc ad causam altera accedit. Cum enim in tanta mole adnotationum insint, quae minus bene excogitata sunt, Homeri interpretes tota scholiorum collectione nihil contineri putabant nisi nugas atque ineptias. Quo iudicio nihil iniquius esse potest,

---

[1]) Prolegomena in Homerum, p. 125, adn. 91.

[2]) cf. Lehrs, de Aristarchi studiis Homericis^2, p. 31, Ludwich, Aristarchs homerische Textkritik I, 88; II, 718, Christ, hist. litt.^{2} p. 58, Roemer, die exegetischen Scholien der Ilias im codex Venetus B, 1879, passim.

[3]) Unde explicandum Lehrsii durissimum iudicium, quod fert de Veneto B: nullum verbum in eo credendum esse.

nam quamvis multa nostra opinione perversa et ridicula sint, nunquam obliviscamur eiusmodi studia eis temporibus, quibus scholia orta sunt, modo natas longissime afuisse ab illa perfectione, quam nos assecutos esse gloriamur. Ita valet in universum de scholiis exegeticis, quod Roemer de Aristotelis quaestionibus Homericis iudicavit.[1]) Quae tam vere dicta sunt, ut facere non possim, quin ea hoc loco repetam: „Prüft man die bisher gegebenen Fragen nach ihrem Inhalt, so dürfte es kaum als eine dankenswerte Aufgabe bezeichnet werden, sich dieser so ziemlich allgemein verurteilten Weisheit anzunehmen. Doch habe ich den Versuch gemacht und die Überzeugung gewonnen, dass man Unrecht thut, wenn man sie nach dem heutigen Standpunkte der Forschung beurteilt: uns mag ja so manches ungereimt und albern erscheinen, aber in diesen Versuchen liegt immerhin die lobenswerte Tendenz, den allverehrten Dichter gegen unstatthafte Angriffe zu schützen, und sich und anderen über manche dunkle und strittige Punkte Klarheit zu verschaffen, die später den alexandrinischen Philologen ein Rätsel geblieben sind und zum Teil heute noch nicht aufgehellt sind; und wenn da Aristoteles auch nicht immer lauter glückliche Griffe gethan hat, wer möchte es ihm verargen zu einer Zeit, wo die κριτική und γραμματική noch so ziemlich in den Windeln lag.“ Atque si nostrae aetatis commentarios perlustramus, non dico ad veteres scriptores sed ad nostri populi poetarum principes inprimis ad Goethium, confitendum est, in eis haud raro multa multo pravius explicata esse quam ab interpretibus illis veteribus, quibus non praesto erant auxilia tam copiosa, quibus instructi viri docti nostrae aetatis multo facilius ad difficultates, quae obviam fiunt, solvendas accedunt. Multa autem in scholiis egregie observata sunt. Sic e. g. non nullis scholiorum locis nova lux Aristotelis arti poeticae affertur, qui loci rectius colligerentur quam errores, ut consuetudo eorum est, qui hac de materia agunt. Attamen talem collectionem nemo perficere potest, nisi multis annis consumptis strenuo atque diligenti labore. Quare ipse quoque mox coactus sum acquiescere in praeceptis de arte rhetorica, quae elegi, quia de eis nemo adhuc inquisivit, cum ea, quae scholia docent de arte poetica, hic illic saltem viri docti leviter attigerint. Sed ne hoc quidem munus hoc loco absolvere possum, cum tam multae controversiae nondum diiudicatae occurrant, ut earum mole quasi opprimaris. Quo factum est, ut constituerim ex earum numero duas accuratius tractare, quas ut benigne accipias, quaeso. Eas aliae sequentur, si iniquitate temporum non impediar, quominus litteris incumbem.

[1]) Relationes academiae Bavaricae, 1884, 289.

Quarum prima est *disquisitio de ratione, quae intercedat inter Eustathium et Hermogenis libros de ideis;* altero loco pauca exponam *de Aristotele et stoicis scholiorum rhetoricorum in Homerum auctoribus.*

Sed priusquam opus ipsum adgrediar, necesse est, ut codices enumerem, unde scholia deprompta sint, quae in iudicium vocantur.

A. scholia ad Iliadem:

A Venetus A.[1])
B Venetus B.[2])
D scholia minora.[3])
G_1 manus prima } Genavensis.[4])
G_2 manus altera et tertia } Genavensis.[4])
Lips. Lipsiensis.[5])
M scholia ad A et B apud Matrangam.[6])
P_1 Parisinus 2556.[7])
P_2 Parisinus 2679.[8])
P_3 Parisinus 2681.[9])
P_4 Parisinus 2766.[10])
P_5 Parisinus 2767.[11])
P_6 Parisinus 2894.[12])
P_7 Parisinus 3058.[13])
T Townleyanus.[14])

[1]) Scholia Graeca in Homeri Iliadem ed. G. Dindorf, I II, 1875.
[2]) ib. III. IV, 1877.
[3]) Scholia in Homeri Iliadem ex recensione Im. Bekkeri, 1825.
[4]) Les scolies Genévoises de l'Iliade publiées par Jules Nicole, 1891.
[5]) secundum Bekkerum. Lipsiensem omisi, ubicunque eius scholia in aliis quoque codicibus exstant, Maassii dissertatione commotus in Hermae vol. XIX, 264 sqq.
[6]) Anecdota Graeca, 1850, 372 sqq.
[7]) Anecdota Graeca Parisiensia ed. Cramer III, 1861, p. 97.
[8]) ib. p. 3 sqq.
[9]) ib. p. 29 sqq.
[10]) ib. p. 270 sqq.
[11]) ib. p. 179 sqq.
[12]) ib. p. 247 sqq.
[13]) ib. p. 371 sqq.
[14]) Scholia Graeca in Homeri Iliadem Townleyana rec. E. Maass, 1888.

B. scholia ad Odysseam:[1]

h **Harleianus.**
m **Marcianus** 613.
q **Ambrosianus** 88.
s **Parisinus** 2894.
p **Palatinus.**
t **Hamburgensis.**
e **Ambrosianus.**
d **Parisinus** 2403.
i **Vaticanus** 1320.
b **Ambrosianus** 99.
r **Laurentianus.**
n **Venetus.**

Rhetores Graecos laudavi ex recensione Spengelii (Sp.),[2] quos ille non recepit, secundum Walzium (W.). **Rhetorum Latinorum** editione Halmiana usus sum (H.).

---

[1]) Scholia Graeca in Homeri Odysseam ed. G. Dindorf, 1855. Ad α 1—308 libelli academici Ludwichii Regimontani, 1888—1889/90, adhibiti sunt.

[2]) Voluminis I alteram editionem adhibui recognitam ab Hammero. 1894.

I.

Caput I.

Eustathium in explicandis Homeri carminibus copiose et verbose de poetae arte rhetorica agere nemini ignotum est, qui eius commentarios inspexit. Qua tamen re nemo virorum doctorum nostrae aetatis commotus est, ut in observationes illas rhetoricas accuratius inquireret. Sed puto iniuria. Nam etiamsi minime novas de arte oratoria leges praecepit, quod ne exspectabis quidem ab homine Byzantinae aetatis, tamen delectationem quandam praebet videre, quomodo ille, qui erat inter eruditissimos illorum temporum homines, priorum studiis ad illustrandum Homerum usus sit. Neque quisquam dubitabit, qui vel mediocriter Graecorum litteris imbutus est, quin Hermogenem, qui maxima florebat auctoritate apud omnes, qui artem rhetoricam professi sunt, ducem secutus sit. Neque hoc viros doctos fugit. Sed in hac cognitione acquieverunt, immo plerique putaverunt Eustathium legere idem esse atque bonum tempus terere.[1] Ego tamen dissentiens ab illorum opinione putavi, non omni carere utilitate quaestionem instituere, quid Eustathius Hermogeni deberet. Atque apparuit eum, ut multas alias explicationes ex Hermogene hausit, ita plane ex illo pendere eis locis, ubi doctrinam de variis elocutionis characteribus et virtutibus, quas Graeci ἰδέας appellare solebant, in Homerum transferre studet. Prorsus enim eaedem sententiae apud utrumque occurrunt, anxie alter alterius premit vestigia, neque ullo loco accurata adhibita interpretatione inter se dissident. Quod ut demonstrem, iam mihi conferre liceat, quae uterque de unaquaque idea exhibeat. Atque ne disputatio omni perspicuitate careat, ordinem

---

[1]) e. g. Ernesti, Lexion technologiae Graecorum rhetoricae dicit p. XXII: Itaque totum Eustathium perlegi, sed praeter explicationem paucarum figurarum, quas ubique inculcat, non repperi, quibus tantum legendi laborem satis consolari possem.

sequar, quem Hermogenes in libris *περὶ ἰδεῶν* servavit.[1]) Qua comparatione instituta etiam videbimus libellum Aristidis *περὶ πολιτικοῦ καὶ ἀφελοῦς λόγου,* qui de eadem materia simili modo agit atque Hermogenes, Eustathio ignotum fuisse.[2])

Hermogenes libris, qui inscribuntur *περὶ ἰδεῶν,* minime in animo habuit proponere, quae de genere scribendi singulorum quorundam scriptorum observavisset[3]), sed leges praescribere studet aptas non solum omnibus solutae orationis generibus sed etiam toti poesis regno. Quae omnia complectitur nomine *λόγος πολιτικός*[4]).

Λόγος ille *πολιτικός* dividitur ex sollemni illa partitione *tria* in *genera*, scilicet in genus iudiciale, deliberativum, laudativum. *Generi panegyrico tribuitur poesis,* cuius est species maxime eximia[5]). Quo cum iudicio consentiens Eustathius quoque poesin assignat generi laudativo, ut apparet ex A 604 (161)[6]): *κἀκεῖθεν ἐοίκασιν ἀφορμὴν λαβόντες οἱ μεθ' Ὅμηρον τέλος τοῦ πανηγυρικοῦ τῆς ῥητορικῆς εἴδους τὸ καλὸν εἰπεῖν· δῆλον δὲ, ὅτι πανηγυρικὸν καὶ ἡ ποίησις*; et B 43 (170): *οὕτω καὶ τέλος πανηγυρικοῦ λόγου τὸ καλὸν, ἐπεὶ κάλλους μάλιστα ὁ πανηγυρικὸς λόγος ἐφίεται*[7]). Ut autem Demosthenes generis iudicialis et deliberativi et Plato generis laudativi oratione soluta conscripti ita Homerus generis laudativi versibus compositi princeps est; quin etiam carmina Homerica praestantia superant omnia omnium scriptorum et poetarum opera[8]). Neque mirum est Eustathium laudem illam poetae, quem sibi ad illustrandum proposuit, repetere p. 1379: *ὁ δὲ τοιοῦτος ποιητὴς, ὁ λόγῳ*

[1]) cf. quae Baumgart loco modo laudando et Volkmann, Die Rhetorik der Griechen und Römer², 1885, p. 553 sqq. exposuerunt de Hermogenis studiis.

[2]) Quod hoc loco singulis exemplis demonstrare eo minus necesse est, quia optime de dissensu Aristidis et Hermogenis egit H. Baumgart: Aelius Aristides als Repraesentant der sophistischen Rhetorik des 2. Jahrhunderts der Kaiserzeit, 1874, p. 151 sqq. Graviora quaedam suo loco breviter indicabo.

[3]) cf. II, 266, 14 sqq. Sp.

[4]) II, 398 sqq. Sp.; cf. Brandstaetter, de notionum *πολιτικός* et *σοφιστής*, usu rhetorico, Stud. Lips. XV, 186, Baumgart, l. l., p. 201, 226.

[5]) II, 405,7 Sp: *πανηγυρικὸν γὰρ πρᾶγμα δήπουθέν ἐστι ποίησις ἅπασα καὶ πάντων τε λόγων πανηγυρικώτατον.*

[6]) Paginas editionis Romanae addo uncinis inclusas.

[7]) Fortasse hac ex doctrina explicatur, quod omnium generum Eustathius maxime respicit laudativum, quod quidem ex Caesarum temporibus inprimis excolebatur a sophistis et oratoribus.

[8]) II, 405 sq. Sp., inprimis p. 406,9: *ἄριστος οὖν κατὰ πάντα λόγων εἴδη καὶ ποιητῶν ἁπάντων καὶ ῥητόρων καὶ λογογράφων Ὅμηρος;* cf. 405,24.

πλουτῶν οὗ φράσαι ἀμείνων οὐδεὶς, ὁ διασκευάσαι δεινότατος, ὁ διηγήσασθαι πιθανώτατος, ὁ πάσης τῆς ἐν λόγοις τέχνης καθηγητὴς, ἐξ οὗ οἷά τινος ὠκεανοῦ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσαι λογικῶν μεθόδων πηγαὶ, ὅμως οὐδ' αὐτὸς ἐξέφυγε παρεγγράπτου γραφὴν συγγραφῆς

Efficitur autem *λόγος πολιτικός iusta mixtione* et temperatione *septem* illarum *idearum*, quas Hermogenes statuit. Neque desistit iterum iterumque monere elegantem scribendi modum oriri tantum ex optima idearum compositione[1]), quarum nonnullae omnino non admittuntur, nisi cum aliis coniunctae. In his enucleandis fere totus ille pendet ex Demosthene, ut omnes elocutionis virtutes Demosthenis exemplo explanare videatur[2]). Qua in re praeter Demosthenem nemini principatum tribuit nisi Homero; cf. p. 317, 5 Sp.: *δυσχερὴς δὲ ἡ μῖξις, καὶ σχεδὸν οὐδεὶς οὕτω καλῶς οὐδὲ τῶν ἀρχαίων αὐτῇ κέχρηται, ὡς ὁ ῥήτωρ μετά γε Ὅμηρον*; Eustathii locos, quibus idem docet, infra cognoscemus[3]).

Sunt autem ideae illae hae: *σαφήνεια* (claritas orationis), *μέγεθος* (magnitudo), *κάλλος* (pulchritudo), *γοργότης* (celeritas), *ἦθος* (habitus), *ἀλήθεια* (veritas), *δεινότης* (vis et virtus orationis)[4]).

Alias illarum idearum iterum dividit in *species*, aliae non dividuntur. Ita *σαφηνείας* partes sunt *καθαρότης* (puritas) et *εὐκρίνεια* (perspicuitas)[5]); *μεγέθους* partes *σεμνότης* (gravitas), *τραχύτης* (asperitas), *σφοδρότης* (vehementia), *λαμπρότης* (splendor), *ἀκμὴ* (vigor), *περιβολὴ* (exaggerata oratio)[6]); *ἤθους* partes *ἀφέλεια* (simplicitas), *γλυκύτης* (suavitas), *δριμύτης* (acrimonia), *ἐπιείκεια* (modestia), *βαρύτης* (gravitas)[7]).

Efficiuntur igitur in universum 17 *ἰδέαι*: *καθαρότης, εὐκρίνεια, σεμνότης, τραχύτης, σφοδρότης, λαμπρότης, ἀκμὴ, περιβολή, κάλλος, γοργότης, ἀφέλεια, γλυκύτης,- δριμύτης, ἐπιείκεια, ἀλήθεια, βαρύτης, δεινότης.*

Cum autem ipsa oratio *8 elementa* contineat, ex quibus efficitur[8]), indolem et naturam uniuscuiusque idearum Hermo-

[1]) cf. e. g. II, 268,11; 271; 279,5; 317,7 Sp. et multos alios locos.

[2]) cf. ipsius verba, II, 267 sq. Sp.

[3]) Satis sit exempli gratia afferre *Ν* 631 (951), *Ξ* 161 (973), *Ρ* 250 (1105).

[4]) cf. II, 268,20 Sp.

[5]) ib. 275,3.

[6]) ib 286.

[7]) ib. 350.

[8]) Singula qui cognoscere studet, adeat ipsum Hermogenem II, 269; 272 Sp.

genes constituit ex illis elementis, quae sunt: *ἔννοιαι* (argumentum), *μέθοδος* (modus enuntiandi)[1]), *λέξις* (elocutio), *σχῆμα* (figura), *κῶλον* (membrum), *συνθήκη* (compositio), *ῥυθμὸς* (numerus), *ἀνάπαυσις* (clausula).

Quibus praemissis iam videamus de singulis ideis. Initium capit Hermogenes ab ea idea, quae omni sermoni maxime necessaria est, a claritate, atque, cum ei duae sint partes, a puritate[2]).

Pura oratio fit, si quis rem nude et breviter narrat, nihil extrinsecus iniciens, quod non ad rem spectat. Sententiae sint communes, quae ab omnibus facile intelligantur, nulla admixta remotiore doctrina; itaque Hermogenes commendat *ἀφηγηματικῶς*[3]) res proponere. Idem iudicium fert Eustathius, si dicit *Α* 1 (7): *ὅτι δὲ οἶδεν ὁ ποιητὴς καὶ τὴν κατὰ φύσιν ἀφήγησιν ἤτοι τὴν ἀπὸ τῶν πρώτων ἀρχομένην διὰ σαφήνειαν καὶ προιοῦσαν ἐπὶ τὰ ἐφεξῆς δειχθήσεται πολλαχοῦ*; cf. *Ι* 525 (771), *Ω* 229 (1347), *ξ* 126 (1754).

Contra simplicitatem autem in narratione pugnat loci, temporis, modi, aliorum, quae nomine *περιστατικὰ* complecti solemus, mentionem facere. Ab eadem opinione profectus Eustathius adnotat ad *δ* 399 (1501): *ὅρα δὲ ὡς σαφὲς μὲν τὸ σχῆμα τοῦ διηγήματος ἐν τῇ εἰσβολῇ, ἥτις ἔστι τὸ πωλεῖταί τις δεῦρο καὶ ἑξῆς· ἡ δὲ ἔννοια συχνὴν ἔχει περιβολήν, ...*

Maxime autem perspicuitati sermonis favet, *si* in narratione *eundem ordinem servas, quo res factae sunt.* Quocum congruunt Eustathii verba ad *Α* 7 (20): *ἀλλ' ἔστιν ὅτι δέον ἐστὶ καὶ κατὰ φύσιν χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν ἤγουν ἀπὸ τῶν πρώτων ἄρχεσθαι καὶ οὕτω προβαίνειν τοῖς ἐφεξῆς διὰ σαφήνειαν*, et ad *ψ* 302 (1949): . . . *κατὰ φύσιν διηγησάμενος καὶ ἐκ τῶν πρώτων εὐτάκτως ἐλθὼν πρὸς τὰ ἔσχατα καὶ δείξας κἀνταῦθα, ὡς ἄρα καὶ μετατάσσειν οἶδε πράγματα καὶ περιβλητικῶς τῷ πρωθυστέρῳ τῶν διηγημάτων ἐνευδοκιμεῖν, ὡς πολλαχοῦ ἐποίει*

1) Eustathium *μέθοδος, μεθοδεύειν, εὐμεθόδως* incredibiliter adamavisse hoc loco monere satis habeo.

2) II, 275 sqq. Sp.

3) Recte Baumgart p. 164 observavit Hermogenem, cum addit: *μέθοδος γάρ τις οἶμαι καὶ ἡ ἀφήγησις, ἀλλ' οὐ σχῆμα, ὡς οἴονταί τινες, ἐπεὶ ἐν πολλοῖς σχήμασιν ἀφηγήσαιο ἄν* (II, 276, 29 Sp), impugnare Aristidem dicentem: *καὶ ὅταν ἀφηγηματικοῖς σχήμασι χρῆται* (II, 500, 6 Sp). *γ* 293 (1468) igitur Eustathius Aristidem secutus esse videtur docens de *ἀφηγηματικῷ σχήματι*, sed dedoceberis, si accurate verba inspexeris: *ὅτι καὶ ἐνταῦθα καθὰ καὶ πολλαχοῦ τῆς Ἰλιάδος σχήματι ἀφηγηματικῷ χρῆται ἀρχομένῳ ἀπὸ τοῦ ἔστι ῥήματος*· Disputat igitur de sollemni illo Homericarum narrationum initio *ἀπὸ τοῦ ἔστιν*, quod recte *σχήματος* nomine significari nemo negabit.

καὶ αὖ πάλιν κατὰ τάξιν αὐτὰ τιθέναι μεθόδῳ σαφηνείας, ὅτε καιρός, καθὰ καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ· πάντα γὰρ νῦν εὐτάκτως ἐπιτρέχει κτλ.; praetera cf. *Α* 437 (131). Contra reprehendit inversum ordinem *Ρ* 610 (1120): *ὅτι διήγημά τι ἐνταῦθα ἐκτίθεται ὁ ποιητὴς ἀσαφὲς πλέον τοῦ εἰκότος καὶ πάνυ συγκεχυμένον, ὡς ἐξ ἀναστροφῆς λεχθὲν καὶ μὴ κατὰ φύσιν τεθέν. κτλ.*

Reliquam Hermogenis disputationem de dictione et de ceteris orationis elementis hoc loco praetereo, quia Eustathius nullo loco ea respexit; quod de eis eo magis in promptu est, quae sunt de numeris, nam illi in carminibus subiungendi sunt legibus artis metricae, non pendent ex arbitrio poetae. Id unum commemorem Hermogenem Homeri dictionem pro pulcherrima habere propter ipsam puritatem[1]).

Iam transeamus ad alteram claritatis speciem ad *εὐκρίνειαν* (perspicuitatem)[2]), quae Aristidi plane ignota est[3]); de illa apud Eustathium plura invenimus.

Eius munus est, ut puritati ferat subsidium, removere, quae obstant facilitati, quo fit, ut maxime in methodo posita sit, qua tolluntur, quae contra puritatem pugnare videntur. Quam ad rem efficiendam aptissimae sunt *ἔννοιαι καταστατικαί*, sententiae, quae rem constituunt et perspicue proponunt indicantque, quid deinceps dicendum sit. Illa notio apparet ex locis Eustathianis *Π* 1 (1041): *ὅτι ἐν πολλοῖς ὁ ποιητὴς χρώμενος ἐννοίαις καταστατικαῖς καὶ ἀναπαυούσαις τὰ προλαβόντα οἷον· ὡς οἱ μὲν τὰ πένοντο κατὰ στρατόν· ὥς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον· ὥς τὴν μὲν πρύμνην πῦρ ἄμφεσεν· ὥς οἱ μὲν Τρῶες φυλακὰς ἔχον· ὥς ὁ μὲν ἐν κλισίῃ Μενοιτίου ἄλκιμος υἱὸς φησὶ καὶ ἐνταῦθα· ὥς οἱ μὲν περὶ νηὸς ἐυσέλμοιο μάχοντο.* *Θ* 500 (1608): *καταστατικὴ δὲ ἔννοια τὸ ἔνθεν ἑλών, ᾗ χρῶνται καὶ οἱ μεθ' Ὅμηρον ὁπηνίκα λόγου ἀφηγηματικοῦ κατάρχονται*; *Β* 761 (339), *Ζ* 206 (637), *Π* 306 (1061).

Sunt ergo *ἔννοιαι καταστατικαὶ αἱ συμπληρώσεις*, quibus, quod antea narratum erat, breviter comprehenditur, simulque, quae sequuntur, praeparantur.[4]) Utraque illius figurae pars

1) II, 408, 22 Sp: *καὶ ὡς τῶν κατὰ ποίησιν καλλίστη λέξεων ἡ Ὁμήρου· καθαρὸς γὰρ ἐν ποιήσει κινδυνεύει μόνος ἢ σὺν Ἡσιόδῳ κατ' αὐτὴν εἶναι.*

2) II, 281 sqq. Sp.

3) cf. Baumgart p. 167.

4) Talem comprehensionem ipse Eustathius *ἔννοιαν καταστατικὴν* appellat Α 304 (107): *ὅτι τὸ ὣς τώ γε ἀντιβίοισι μαχεσαμένω ἐπέεσσιν ἀνστήτην σχῆμα ὃν καταστατικὸν ἐννοίας οἱ γραμματικοὶ παραγρα-*

optime describitur ad *M* 1 (888): *ὅτι χάριν σαφηνείας, ἧς δι' ὅλου στοχάζεται Ὅμηρος εὐκρινῶν τὰ ποιούμενα, κεῖνται καὶ ἐνταῦθα ἔννοιαι δύο, μία μὲν ἀνακεφαλαιωτικὴ καὶ συμπληρωματικὴ τῶν προσεχῶς ῥηθέντων· φησὶ γὰρ ὡς ὁ μὲν . . . ἰᾶτο Εὐρύπυλον βεβλημένον, οἱ δ' ἐμάχοντο Ἀργεῖοι καὶ Τρῶες ὁμιλαδόν· ἑτέρα δὲ ἀναφωνητικὴ καὶ ὑποσχετικὴ τῶν ἐφεξῆς αὕτη· οὐδ' ἄρ' ἔμελλε τάφρος ἔτι σχήσειν Δαναῶν καὶ τεῖχος ὕπερθεν εὐρύ* . . .; *Ξ* 13 (964): *ὅτι εἰπὼν Ὅμηρος ἀσαφῶς ἐν σχήματι συμπλοκῆς, ὡς εἴσιδεν ἔργον ἀεικὲς ὁ Νέστωρ, τοὺς μὲν ὀρινομένους, τοὺς δὲ κλονέοντας ὄπισθεν, εἶτα διευκρινῶν τίνες μὲν οἱ τὸ ὀρίνεσθαι πάσχοντες, τίνες δὲ οἱ τὸ κλονεῖν ποιοῦντες, ἐπάγει εὐθὺς ὁμοιόπτωτον αἰτιατικὴν δηλωτικὴν τῶν ποιούντων τὸ Τρῶας ὑπερθύμους· εἶτα καὶ πρὸς πλείω σαφήνειαν τῶν κλονουμένων ἐπιφέρει· ἐρέριπτο δὲ τεῖχος Ἀχαιῶν, ὡς εἶναι λοιπὸν Ἀχαιοὺς μὲν ὀρινομένους, ὧν καὶ τὸ τεῖχος ἐρείπεται, ποιοῦντας δὲ κλόνον τοὺς Τρῶας, οὓς καὶ ὑπερθύμους διὰ τοῦτο εἶπεν* . . .; cf. *B* 724 (330), *ψ* 202 (1943).

Si autem *συμπλήρωσις* orationem perspicuam reddit, in eius partibus quoque eandem virtutem inesse manifestum est. Recte igitur *ψ* 302 (1949) *recapitulatio* claritati assignatur, de *arte* autem *praeparandi* conferas *E* 676 (593): *πολλαχοῦ ὁ ποιητὴς τὴν τοῦ λόγου προθεωρίαν ἑτέροις δῆθεν ἀνατιθεὶς . . . καὶ οὕτω σκοπήσας αὐτὸς καὶ ἐπικρίνας ἐν σχήματι καταστάσεως καὶ προεκθέσεως, εἶτα πλάττει τὸν Ὀδυσσέα σκοποῦντα κτλ.* et *A* 1 (7), ubi *προέκθεσιν* ipso nomine *σχήματος εὐκρινείας* significat: *ἐνταῦθα δὲ ἰστέον, καὶ ὅτι σχῆμα εὐκρινείας καὶ σαφηνείας παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἡ προέκθεσις, προδιδάσκουσα κεφαλαιωδῶς καὶ προεκτιθεμένη τὸν τοῦ ἐφεξῆς λόγου σκοπόν.* Egregiam aliam observationem huc pertinentem continet *γ* 248 (1465): *ὅτι σύντομος καὶ σαφὴς ἐρώτησις καὶ ποικίλη τὸ· πῶς ἔθανεν Ἀγαμέμνων; ποῦ Μενέλαος ἔην; τίνα δ' αὐτῷ μήσατ' ὄλεθρον Αἴγισθος; ἢ οὐκ Ἄργεος ἦεν Ἀχαϊκοῦ, ἀλλά πῃ ἄλλῃ πλάζετο· ἔοικε δέ πως καὶ συνήθει προεκθέσει ἡ τοιαύτη ἐρώτησις ὑπισχνουμένη διδαχθήσεσθαι πάντα τὰ ἐρωτηθέντα.* Quibus sub verbis aliud artificium latet. Minime enim inutile est, si eas quaestiones, quas ipse movisti, ipse solvis.

Praeterea perspicuitatis praesidium est *τὸ τὰς ἀντιθέσεις πρώτας τῶν λύσεων τιθέναι* id est id, quod opponi potest, refutatione praemittere, quod Eustathius adnotat ad *ζ* 200 (1559):

φὴν καλοῦσι . . . χρώμεθα δὲ τούτῳ τῷ σχήματι, ὅτε συμπληρώσαντες τὰ φθάσαντα ἐπὶ ἑτέραν διήγησιν μεταβαίνομεν τοιοῦτον καὶ μετ' ὀλίγα τὸ ὡς οἱ μὲν τὰ πένοντο κατὰ στρατόν, καὶ ἄλλα μυρία.

ορα δὲ τὴν σύντομον τῆς κόρης ἀντίθεσιν, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῇ λύσιν ἐν τῷ· ἦ μή τινα δυσμενῆ φατὲ εἶναι ἄνδρα· οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ καὶ τὰ ἑξῆς. ἐπεὶ γὰρ εἰκὸς εἰπεῖν ἀντιπαραστατικῶς τὰς ἀμφιπόλους ὡς εἰ καὶ φῶτα βλέπωμεν καὶ μή τι ἄγριον· ἀλλὰ δυσμενὴς ὁ ἀνὴρ θεμένη τοῦτο ἡ κόρη ἐπιφέρει εὐθὺς λύσιν ὡς οὔτε ἔστιν οὔτε γενήσεται θνητός, ὅς ἄν ἵκηται πολεμήσων Φαίαξιν; *X* 157 (1264), *Ψ* 547 (1315), *β* 14 (1434).

De figuris *εὐκρινείας* Eustathius profert *ἀπαρίθμησιν* *Z* 184 (635): *ἐνταῦθα δὲ ὅρα καὶ τὸ εὐκρινὲς τῶν σχημάτων κατὰ ἀπαρίθμησιν. πρῶτον μὲν γάρ φησι κατέπεφνε Χίμαιραν, δεύτερον αὖ Σολύμοισι μαχέσσατο, τὸ τρίτον αὖ κατέπεφνεν Ἀμάζονας;* *α* 89 (1394).

Tum cave omittas *ἐπανάληψιν*, quae vox hoc loco non figurae illius notissimae notionem habet, sed eam loquendi formam significat, quae fit iteratione sententiae, aliis quibusdam rebus interiectis;[1]) cf. *O* 680 (1038), *Ψ* 521 (1313), *ι* 65 (1615), *Ω* 773 (1375): *ἐν κεφαλαιώδει ἐπαναλήψει.* *B* 866 (365) contra epanalepsis non tam orationem claram reddit, quam Tmoli montis commemorationem excusat: *ὅρα δὲ καὶ τὴν ἐπανάληψιν, ὅτι οὐχ οὕτω διὰ σαφήνειαν ἐσχημάτισται ἀλλὰ διὰ ἐπεισαγωγὴν ἱστορίας, ἵνα ἡ τοῦ Τμώλου μνήμη εὐκαίρως παραπλακῇ· ἄλλως γὰρ ἡ ἐπανάληψις ἀναγκαῖα οὐκ ἦν.*

Denique Eustathius *σχῆμα κατ' ἄρσιν καὶ θέσιν* ab Hermogene soli *τῇ περιβολῇ* attributum[2]) perspicuitatis esse declarat. Quod fit, si priori parte enuntiati negatur contrarium eius, quod posteriore affirmatur, ita ut recte scholiasta ad Hermogenem[3]) explicet: *τὸ κατὰ ἀπόφασιν καὶ κατάφασιν.* Affirmatio illa plerumque particula sed inducitur *ο* 354 (1790) legimus: *τὸ δὲ ἀλλ' ὑμεῖς καρτεροὶ ἀεὶ οὐκ ἀναγκαίως μὲν κεῖται, ποιεῖ δ' ὅμως πλείω σαφήνειαν, ἵνα τὸ μὲν οὐκ ἔστιν ἄλλο γένος βασιλεύτερον εἴη ἄρσις, θέσις δὲ τό, ἀλλ' ὑμεῖς.* Neque negabis, si eandem rem hunc in modum ab utraque parte contemplaris, narrationem haud raro magis dilucide atque clare procedere.

Restat *Π* 44 (1044): *τοῦ δὲ ῥεῖα δὲ κ' ἀκμῆτες τραχεῖα ἡ φράσις καὶ οὐκ εὐκρινής· εὐτραπέλως γάρ τις μυκτηρίσας ἐρεῖ ἂν δέκα τινὰς ἀκμῆτας ἐνταῦθα εἰρῆσθαι καὶ εἶχε μὲν*

[1]) Ita ut cognata sit *ἀνακεφαλαίωσις*. Ideo ab Eustathio habetur inter *καταστατικὰ* *δ* 90 (1486): *ὅτι ἐπαναληπτικῶς μνησθεὶς ὁ Μενέλαος, ὧν προεῖπεν, ἔτι δὲ καὶ καταστατικῶς φησιν κτλ.*

[2]) ubi conferas.

[3]) rhet. Gr. V, 511, W.

ὁ ποιητὴς εἰπεῖν ῥεῖα δ' ἂν ἀκμῆτες καὶ ἑξῆς, προέκρινε δὲ τὸ τῇ ποιήσει μάλιστα ἐπιπρέπον. Dixerit enim quispiam versus illos (44. 45):

ῥεῖα δὲ κ' ἀκμῆτες κεκμηότας ἄνδρας ἀυτῇ
ὤσαιμεν προτὶ ἄστυ νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων

nihil aliud esse quam explicationem verborum: *ὀλίγη δὲ τ' ἀνάπνευσις πολέμοιο* (vs. 43), sed sunt dicti sive possunt esse dicti acerbitate quadam, cum penes Achillem sit requietem illam Graecis parare. Vides igitur, quanta diligentia veteres Homerum explicare studuerint, nec non eos persuasum habuisse poetam nihil dixisse, quod acumine careret. Talem iudicii elegantiam, qua singulae ideae inter se secernuntur, vel, quae apta sunt ad incitandum quendam animi affectum, distinguuntur ab eis, quae apta esse videntur, apud Hermogenem quoque diversis locis admiramur[1]).

At minime sufficit, ut sermo sit purus et perspicuus. Cavendum est, ne in contrarium huius virtutis vitium incidat in **tenuitatem** et **humilitatem** (*εὐτέλεια* et *ταπείνωσις*)[2]), ut Hermogenes recte in fine paragraphi monet. Accedat ad perspicuitatem necesse est sententiarum gravitas atque dignitas et verborum copia. Optimo igitur iure tractat ille post perspicuitatem **magnitudinem** (*μέγεθος*) eiusque species[3]).

Magnitudini iunguntur **dignitas** et **amplitudo** (*ὄγκος* et *ἀξίωμα*). Quaerentibus autem, num Eustathius illas voces admiserit, occurret *μεγεθύνειν* *A* 8 (21); *μεγαλοπρεπῶς* *B* 118 (189), *B* 412 (248); *ἀξίωσις* *A* 272 (103); *σεμνῶς ὡς ἀξιωματικῶς* *B* 129 (190); *ὄγκος* *A* 1 (12), *N* 249 (929), *Π* 772 (1086), *δ* 678 (1513), *ξ* 293 (1763), *ο* 533 (1790), *χ* 402 (1932), *Σ* 410 (1150), *Ω* 262 (1349). Duobus ultimis locis *ὄγκῳ* oppositus est *ταπεινὸς λόγος*.

Quibus praemissis de gravitate (*σεμνότης*) ipsa videamus[4]).

Cuius *sententiae* sunt quadruplices. Locum principalem tenent *dicta de deis*, sed ea tantum, quae ea verecundia et religione prolata sunt, qua decet[5]). Sententiae enim, quibus dei

---

[1]) cf. e. g. II, 391, 33; 395, 19; 346, 1; 347, 17 Sp. etc.

[2]) *ταπείνωσις* ea significatione praeter locos modo laudandos uno tantum loco adhibitum esse tuo iure contendas, sc. *κ* 171 (1653): *μηδὲ γὰρ κεῖσθαι τὸ τοῦ ὑποκορισμοῦ ταπεινὸν παρ' Ὁμήρῳ διὰ τὸ ὑψηλόφωνον καὶ ἡρωικὸν τῆς αὐτοῦ ποιήσεως.*

[3]) Quarum *σεμνότης* et *περιβολή* per se stare possunt, reliquae vel inter se vel cum aliis misceri solent: cf. II, 286 sq. Sp.

[4]) II, 287 sqq. Sp.

[5]) *περὶ θεῶν δὲ ὡς περὶ θεῶν τὰ τοιαῦτα λέγεσθαι φημί·* cf. II, 287, 26 Sp.

ut homines depinguntur variis erroribus atque vitiis affecti, magis pertinent ad provinciam suavitatis. Quae hoc loco Hermogenes brevissime indicat, apud Eustathium accuratius atque fusius exposita reperies, si, quae hac de materia adscripserit singulis Homeri versibus, collegeris certisque rationibus disposueris: Maxime ad efficiendam gravitatem idonee personae, quae agunt, vel ipsae vel operibus cum deis comparantur.

Sic *ζ* 19 (1549) Nausicaa et ancillae *σεμνύονται*, quia nymphis similes sint, paulo post *ζ* 280 (1563) *ἀντισεμνύεται* Ulixes, quia cum deo confertur. Porro graviter dictum est de Castore *ξ* 205 (1758): *θεὸς ὣς τίετο δήμῳ.* Eandem vim habet *B* 169 (195), ubi Ulixes praedicatur, quod Jovi par sit consilio, *T* 250 (1182) *θεῷ ἐναλίγκιος αὐδήν* de Talthybio praecone dictum, *ξ* 3 (1747) *δῖος ὑφορβος Εὔμαιος*, *Π* 784 (1086) Patroclus, cum eodem furore atque Mars hostes trucidet, *N* 298 (932) Cretensium duces cum Marte comparati, *I* 388 (758), ubi Achilles ponit, Agamemnonis filiam tanta pulchritudine ornatam esse, quanta Venerem. Accedunt *Ψ* 788 (1329) principes *θεοφιλεῖς*, *ζ* 233 (1561) artifex arte Minervae et Vulcano non inferior, *I* 703 (784) Achilles a Diomede *θεοκίνητος* nominatus, *Y* 298 (1209) Aeneas, *διότι κεχαρισμένα δῶρα θεῷ δίδωσιν*, *Φ* 221 (1233) Achilles, *εἰ καὶ θεοὺς ἐκπλήττει οἷς ἀριστεύει.* *Φ* 315 (1234) Achilles ornatur, quod Xanthus ab illo vexatus auxilium petit contra mortalem non uni deo sed deis similem. *ψ* 59 (1938) Eustathius pro singulari quadam gravitate habet, quod Penelope necem procorum deo cuidam tribuit.

Iam transeamus ad alias de deis sententias. Maxime idonei ad efficiendam *σεμνότητα* sunt versus *P* 209/12 (1103):

ἦ. καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων·
Ἕκτορι δ' ἥρμοσε τεύχε' ἐπὶ χροΐ· δῦ δέ μιν Ἄρης
δεινὸς ἐνυάλιος, πλῆσθεν δ' ἄρα οἱ μέλε' ἐντός
ἀλκῆς καὶ σθένεος·

Similiter *P* 441 (1113): *εἶτα τὸ τοῦ πράγματος εὐτελὲς ἐξαίρων σεμνῷ πλάσματι ποιεῖ τὸν Δία ἐλεοῦντα καὶ λαλοῦντα προεκθετικῶς τὰ μέλλοντα* . . . Sic Aiaces *σεμνύονται*, quia non cedunt Hectori ab ipso Iove incitato *N* 57 (920), *O* 566 (1031), *Λ* 543 (861); Aiax fugit a Iove perterritus, non a mortalibus fugatus; cf. *Π* 102 (1048), *P* 170 (1100);[1]) *Ω* 56 (1339) gravis

---

[1]) Omnino *σεμνότητι* obstant homines fugientes, cf. *Π* 122 (1049): *τὸ δὲ χάζετο ἐκ βελέων ἔχει τι σεμνότητος ἐν τῷ ἐκ βελέων· οὐ γὰρ ἄνδρας ἔφευγεν, ἀλλὰ βελῶν ἐπίχυσιν, οἷς ἐβιάζετο.*

est Achilles a Iunone laudatus, *Ω* 602 sqq. (1362) Niobes exemplum a deis propter superbiam liberis privatae et in lapidem mutatae. Adnectimus *ϑ* 7 (1583) Minervam, quae *σεμνῶς* praeconem Phaeacum facit; cf. *Σ* 218 (1139), ubi clamorem tollit ad pulsandos hostes, enumerationes maiorum, si proavus inter deorum numerum relatus est, ita Aeneae *Υ* 202 (1203), Ates *Τ* 90 (1173), Glauci *Ζ* 206 (637). *Ζ* 228 (638), Diomedes *ἑαυτὸν σεμνύει ὡς καὶ θεοφιλῆ καὶ ποδώκη*. Porro huc pertinet *π* 259 (1801) et paulo ante *π* 208 (1800) Ulixes, qui Minervae auxilio fretus sperat se procos esse trucidaturum et *η* 165 (1576), ubi supplices inprimis deorum praesidio committuntur. Alias deorum amplificas commemorationes legimus *Ν* 631 (951), *Ο* 511 (1029), *ε* 9 (1520).

Iam ad efficiendam gravitatem satis est locutionem de sole ad homines transferre *κ* 174 (1653). *Ι* 525 (770) lepide Artemis *σεμνολογεῖσθαι* dicitur, quia ei epitheta attribuuntur *δῖον γένος* et *Διὸς κούρη*.

Tum praetermittere nolim *Α* 1 (11): *κἀκεῖνο δὲ ἰστέον, ὅτι μυθικώτερον θεὰν ἤτοι Μοῦσαν ἐπικαλεῖται ὁ ποιητὴς . . . καὶ ἵνα καὶ ἑαυτὸν σεμνύνῃ ὡς θεοφιλῆ καὶ ἐν ψυχῇ ἔχοντα ἢ μίαν ἢ πάσας τὰς Μούσας καὶ διὰ τοῦτο ἔνθεον.*

Α 13 (38): *ὅτι τοὺς ποιητικοὺς δαίμονας καὶ θεοὺς τὰ μὲν ἄλλα σεμνύει ἡ ποίησις . . . τὰ δὲ ἄλλα σωματώδεις αὐτοὺς πλάττει καὶ ἀνθρωποπαθεῖς* . . , denique optime demonstrat non omnes de deis sententias esse *σεμνάς*.[1])

Alterum genus sententiarum est de eis rebus, quae divinitus fiunt (*περὶ θείων*); hoc est e. g. de terrae motibus, de solis et lunae defectibus, de mari etc. eorumque causis. Huc pertinent terra ingenti concussu mota, *Ξ* 285 (986), terrae motus cum tonitru, ut sit quasi praeco facinorum Achillis *Υ* 54 (1195), Agamemnonis *Λ* 45 (829).

Ergo miraculis et portentis quoque gravitas efficitur, velut si Apollo caligine velatus Patroclo obviam it *Π* 790 (1087). Nec non *Φ* 238 (1233): *κατὰ μυθικὴν δὲ πάντως σεμνότητα ὁ Ξάνθος κινδύνῳ μὲν περιβάλλει τὸν Ἀχιλλέα, σώζει δὲ τοὺς*

---

[1]) Eustathius aliis quoque rebus vim *σεμνότητος* inesse declarat maxime in recensendis similibus. Quod cum facit, non dissentit ab Hermogene, nam ille omnes sententias exhaurire neque potuit neque voluit. Atque similia haud multum distant ab *allegoria*, quam *σεμνότητος* esse praesidium non ignorat. Leo igitur *σεμνότητα* efficit *Λ* 171 (838), *Ρ* 109 (1097), *Ρ* 541 (1117), *δ* 791 (1518), ignis *Υ* 492 (1218), *Ρ* 565 (1118), splendor lunae instar *Ψ* 455 (1310), citharae sonus *φ* 406 (1914), immo bos *λ* 240 (1692) et vespae *Π* 259 (1058).

φυγόντας εἰς αὐτὸν, ὡς καὶ Ἥφαιστος ἐν τοῖς ἑξῆς τὸν Ξάνθον κατακαίων οὐκ ἂν ὁμοίως καὶ τὸν Ἀχιλλέα διετίθετο.

Sequuntur *sententiae morales* velut de honestate, de immortalitate, de virtute. Hic inserendum est *Ο* 502 (1029): *ἰστέον δὲ καὶ ὅτι λαμπροτέρα μὲν ἡ τοῦ Ἕκτορος δημηγορία, ἔτι δὲ καὶ σεμνοτέρα διὰ τὴν περὶ Διὸς ἔννοιαν καὶ τοὺς περὶ πατρίδος λόγους.* Ita rem Hermogenes rectius constituit quam Aristides, qui sibi eadem praecepisse videtur in gravitatis figurarum serie enumerans *τὸ γνωμολογεῖν*,[1]) neque perspexit, se partem tantum illarum sententiarum hac notione complexum esse. Ergo recte hoc loco inseram Eustathii adnotationes de sententiis gravitatis causa carminibus Homericis insertis *Ι* 525 (771), *α* 32 (1388), *ϑ* 547 (1609), *ω* 255 (1961), quae minime ab Aristide profectae sunt.

Denique affert Hermogenes *πράγματα μεγάλα καὶ ἔνδοξα* sc. exempla ex historia deprompta, cuius generis exempla idonea in Homero non inesse, quis est, quin intellegat. Itaque Eustathium quoque de his tacere necesse est.

Quod autem *methodum* attinet, primum locum obtinent *αἱ κατὰ ἀπόφασιν καὶ χωρὶς ἐνδοιασμοῦ ἐξ ἀφηγήσεως λεγόμεναι*,[2]) res sine ulla dubitatione affirmative narratae. Huic praecepto statim prima Odysseae oratio a Iove *ἀποφατικῶς* pronuntiata respondet *α* 32 (1388). Idem iudicium Eustathius fert de *α* 65 (1392), *ϑ* 138 (1589), *ι* 28 (1613), *ω* 255 (1961), *Ζ* 98 (627), *Ξ* 126 (971), *Ω* 256 (1348); cf. *ι* 65 (1613), *Ρ* 20 (1092).[3]) De oratione sine ullo dubio prolata *Β* 129 (190) *ἀξιωματικῶς* usurpatur. Et *ι* 21 (1613): *τὸ δὲ καί μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει σεμνότατα εἴρηται πρὸς σύστασιν προσωπικὴν* gravitatis speciem prae se fert; nam quis se ipsum commendat, nisi, qui sibi conscius est dignitatis suae?[4])

Neque Hermogenis verba:[5]) *καὶ μὴν καὶ τὸ δι' ἐμφάσεων μυστικῶς τι καὶ τελεστικῶς ἐν ταῖς σεμναῖς τῶν ἐννοιῶν ὑποσημαίνειν, μεθόδου σεμνῆς* Eustathium neglexisse cognosces perlegens *Ω* 28 (1337): *ὅτι ἐνταῦθα Ὅμηρος μέμνηται τῆς ἀλλαχοῦ ῥηθείσης τοῦ Πάριδος κρίσεως εἰπών· ὃς νείκεσσε θεάς, ὅτι*

---

[1]) II, 466,21 Sp.; cf. Baumgart 174.

[2]) II, 290,17 Sp.

[3]) Contra *Α* 330 (111), *Η* 198 (676), *Ι* 125 (747), ubi *ἀπόφασις* et *κατάφασις* opponuntur, nil aliud significari videtur quam *σχῆμα κατ' ἄρσιν καὶ θέσιν*, cf. p. 15.

[4]) *συστατικός* = commendare cf. *Α* 272 (103), *Τ* 140 (1176), *ε* 188 (1530), *π* 311 (1803).

[5]) II, 290,30 Sp.

οἱ μέσαυλον ἵκοντο, τὴν δ' ᾔνεσεν ἤγουν ἐπῄνεσεν, ἢ οἳ πόρε μαχλοσύνην ἀλεγεινήν· σεμνῶς κἀνταῦθα φράσας τῇ τε σιωπῇ τῶν θείων προσώπων, καὶ τὸ τῆς διηγήσεως ἀπλατεῖ καί πως καὶ μυστικῷ διὰ τὸ ἀσαφὲς τοῦ νείκεσσε, καὶ τῶν λοιπῶν. Ω 60 (1339): θρέψε δὲ τὴν Θέτιν ἡ Ἥρα λέγει μυθικῶς χάριν σεμνότητος. Ψ 280 (1300): τὸ δὲ τοίου γὰρ σύνηθες Ὁμήρῳ εἰς ἐμφαντικὸν μυστηριώδη ἔπαινον. Τ 110 (1175): ἐν δὲ τῷ ὅς κεν πέσῃ μετὰ ποσσὶ γυναικὸς εὐσχημόνως καὶ σεμνῶς καὶ γοργῶς καὶ σαφῶς εἰ καὶ ἄλλως μυστικῶς πως ἔφρασε τὴν λοχείαν. Ι 134 (741): ἔνθα σημείωσαι, ὅτι σεμνὸς πάνυ ὁ λόγος· ἐν γὰρ τῷ ἣ θέμις ἐστὶ τιμιωτάτῃ προσηγορίᾳ ἐπισκιάζει τὸ αἰσχρὸν, φύσεως νόμῳ τὴν ἀκόλαστον μῖξιν καλύπτων καὶ τὸ τῆς συμπλοκῆς ταπεινὸν θέμιδι φυσικῇ ἀνιστὰς[1]) καὶ μόνον οὐχὶ λέγων ὡς, εἰ καὶ ἁρπαγιμαία καὶ ἄδικος ἡ τῆς Βρισηΐδος μῖξις, ἀλλ' οὐκ ἤδη καὶ ἀθέμιτος. λάφυρον γὰρ οἷον αὐτὴν λαβὼν ἐκ τοῦ ὑβρίσαντος θεμιτῶς ἂν συνῆλθον τῇ ληισθείσῃ. Amat enim Eustathius eis locis poetae, qui sunt de concubitu, quibus rem magis significat quam eloquitur, laudem σεμνότητος tribuere[2]) Nam omnino turpia occultanda sunt, ne orator sibi vel eis, de quibus dicit, dignitatis aliquid detractet. Atque hoc quoque praeceptum Hermogenis esse ipse testatur Eustathius κ 177 (1653):[3]) μηδὲ τρυχώμεθα λιμῷ. ἃ δὴ περίφρασίς ἐστι τοῦ φάγωμεν. ἢ καὶ ἄλλως δηλωτικὰ τοῦ φαγεῖν, ἐκ τῶν πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτό· πρῶτον γάρ τις μνησάμενος βρώμης, εἶτα φαγὼν οὐκέτι τρύχεται λιμῷ καὶ ἔστι τοιαύτη μέθοδος καὶ πολλαχοῦ παρ' Ὁμήρῳ, ἣν καὶ ὁ Ἑρμογένης ἐπισημαίνεται, διδάσκων εἶναί ποτε καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν μὴ σεμνῶν σιγᾶσθαι μὲν τὸ πρᾶγμα, δηλοῦσθαι δὲ ὅμως ἐκ τῶν πρὸ αὐτοῦ καὶ τῶν μετ' αὐτό. Illam artem turpia cum honestioribus permutandi egregie gravem sermonem iuvare porro Eustathius observavit ad Β 356 (237), Θ 271 (712), Ξ 119 (971), γ 203 (1469), ε 108 (1526), λ 422 (1693), ρ 119 (1813).

Ad κ 177 ipse Hermogenes proposuit ad velandas res minus decoras *circumlocutiones*; en idem facit Eustathius Ν 269 (930),

[1]) ἀνιστῶν cod.

[2]) cf. Τ 110 (1175), Τ 262 (1183), Κ 334 (1680), γ 403 (1474), ο 58 (1774), ψ 254 (1947), Α 31 (30), υ 81 (1883), Θ 291 (713), γ 261 (1466), Β 355 (237), Ξ 353 (991) sane lepide dictum: ἐὰν δὲ οὐ πάνυ σεμνὸν ἐνταῦθα τὸ φιλότητι ὡς οὐδὲ τὸ ἀγκὰς ἔμαρπτεν; ἀλλ' ὅμως οὐκ εἶχεν ἄλλως ὁ ποιητὴς φράσαι τὸν τόπον τοῦτον σεμνότερον, εἰ καὶ μύρια ἔκαμεν εὐσχημονῶν. Eundem versum ut sit exemplum sententiarum de deis laudat Hermogenes II, 287,21 Sp.

[3]) cf. praeterea, quae Hermogenes exposuit, de inventione IV, II, 255,23 sq. Sp.

Ψ 280 (1300), Ψ 603 (1319), contra Β 289 (222), Ο 240 (1014), Π 114 (1050), μ 136 (1717) περίφρασις copiam quandam efficit, unde σεμνότης nascitur.

Ut autem, *quae aliquid praebent offensionis* tecte tantum significantur, ita etiam *plane silentio premuntur*. Ο 203 (1012): τὸ δὲ στρεπταὶ φρένες ἐσθλῶν . . . σιγᾷ ἡ Ἶρις διὰ τὸ σεμνὸν, ἵνα μὴ δόξῃ ἀφροσύνην ὀνειδίζειν τῷ Ποσειδῶνι διὰ τὸ αὐτοῦ ἔνδοξον. Χ 73 (1257), σ 172 (1842): ἐν δὲ τῷ ἐπιχρίσασα παρειὰς σιγᾷ τὸ τοῦ χρίσματος εἶδος σεμνῶς τε ἅμα καί, ὅτι μηδὲ καίριον ἦν καὶ τοιούτοις ἐνδιατρῖψαι.

Iam *epitheta* vel *nomina propria*, si ἐμφατικῶς quodammodo adhibentur, ipsa quoque σεμνότητα procreant. Hanc ob causam Homeri ars praedicatur α 1 (1381): σημείωσαι δὲ, ὅτι σιωπᾷ τὸ τοῦ Ὀδυσσέως ὄνομα ἐξ ἀρχῆς ὁ ποιητὴς ἐξαίρων αὐτὸν σεμνοῖς ἐπιθέτοις καὶ ἐγκωμίοις; Α 490 (140), Ζ 449 (653), Λ 248 (842), Ν 80 (921), Ξ 294 (981), Ο 704 (1038), Τ 146 (1176), Υ 42 (1194), Ω 786 (1376), η 104 (1571), υ 109 (1885), ω 419 (1967).

Similem in modum *emphaseos* nec non gravitatis species est, si ponitur *pluralis pro singulari* Α 45 (38), Ι 40 (734), *genus pro specie* Χ 34 (1272). Α 1 (10): πάντως δὲ καὶ ὁ ποιητὴς τὴν Καλλιόπην θέλων ἐπικαλέσασθαι οὐκ ἐκφωνεῖ αὐτὴν ἀλλὰ σεμνότερον ὀνόματι γενικῷ τῷ θεὰ χρῆται καὶ ἀφίησι ζητεῖν τὸν συνετὸν ἀκροατὴν, τίς ἂν εἴη αὕτη ἐμφήνας μόνον, ὅτι Μοῦσαν καλεῖ· Μούσης γὰρ τὸ ἀείδειν.

Alia *emphaseos* exempla habes haec: Ν 426 (940): ὕπεστι δέ τι καὶ σεμνότητος ἐν τοῖς τοιούτοις τῇ λέξει τοῦ δουπεῖν· ἐμφαίνει γὰρ σωμάτων μέγεθος. Β 337 (233): ὁ δὲ Νέστωρ ἐνταῦθα σεμνότερον καὶ φοβερώτερον θάνατον ἀποφαίνεται τῷ εἰς φυγὴν ὁρμήσοντι, οὐχ ὡς Νέστωρ λαλῶν ἀλλ' ὡς αὐτὸς ὁ Ἀγαμέμνων. Σ 341 (1146): καὶ ἔχει τι σεμνὸν ἡ λέξις· πτωχικὴν γὰρ πόλιν ἑλεῖν οὐ μέγα ἔργον. Τ 96 (1174): ἐλλειπτικῶς δὲ ῥηθὲν τὸ φασὶ πολὺ ἐνταῦθα ἔχει τὸ σεμνόν. ἐμφαίνει γὰρ οὕτως, ὡς πάντες ἄριστον ὁμολογοῦσι τὸν Δία δηλαδὴ ἄνδρες καὶ δαίμονες καὶ θεοί; Ζ 425 (652), Λ 670 (877), Ν 250 (929), Ρ 120 (1101), Ρ 144 (1100), Ρ 278 (1107), Σ 104 (1133).[1])

Reliquum est, ut ceteros locos, quos omnes exscribere longum

[1]) Cum epitheta illa vel alia emphaseos praesidia fere semper bonam in partem intelligenda sint, aliter fieri non potest, quin verbi σεμνότητος significatio transeat in eam laudandi et praedicandi, quae ceteris quoque scriptoribus in usu est. Ea notione legitur: Ω 500 (1361), Ψ 175 (1294), Ω 652 (1370), Α 396 (122), Η 9 (661), Η 18 (669), Ι 40 (734), Λ 280 (844), Μ 43 (889), Σ 32 (1129).

est, adnectam, quos sive propter sententias sive propter methodum Eustathius dignos esse censet, qui *σεμνότητος* laude ornentur: *A* 116 (62), *A* 187 (78), *Θ* 64 (705), *I* 431 (760), *I* 632 (779), *K* 560 (823), *Λ* 299 (845), *Λ* 372 (850), *Λ* 780 (884), *Λ* 798 (884), *Λ* 782 (884), *Λ* 113 (834), *M* 457 (914), *N* 793 (960), *O* 107 (1008), *Π* 242 (1058), *Π* 721 (1059), *Ξ* 80 (968), *P* 174 (1101), *P* 597 (1120), *T* 139 (1176), *Y* 259 (1207), *Φ* 286 (1237), *X* 357 (1273), *Ψ* 769 (1329), *Ω* 248 (1348), *β* 325 (1448), *δ* 71 (1482), *η* 86 (1570), *μ* 280 (1721), *ο* 373 (1784), *π* 259 (1801), *ψ* 174 (1942)[1]).

Quod *dictionem* attinet, verba eligenda sunt, quarum in pronuntiatione opus est ore aperto dilatatoque uti; maxime commendat Hermogenes vocales *ᾱ* et *ω* diphthongosque. Quam ob causam Eustathius de *Π* 774

πολλὰ δὲ χερμάδια μεγάλ' ἄσπιδος ἐστυφέλιξαν
μαρναμένων ἀμφ' αὐτόν.

dicit (1086): *ἔχει δέ τι ὄγκου σεμνοῦ ἐνταῦθα καὶ τὸ ᾱ πλεονάσαν*; et *A* 1 (12) legimus: *πλεονάσας δὲ καθαροῖς φωνήεσσιν ἐσέμνυνε καὶ τῇ χασμωδίᾳ τὸ τοῦ νοήματος ὕψος ἤγουν τῷ ἐντεῦθεν ὄγκῳ τῆς φωνῆς κτλ*[2]).

φ 48 (1901) Eustathius addit haud negligendam de *consonantium* sonitu gravi observationem: *Ὅμηρος δὲ σεμνῶς ἅμα καὶ προσφυῶς μεγάλης θύρας εὖ ἀραρυίας τρισμὸν τραχὺν τῇ φράσει μιμούμενον οὔτι ἄφωνόν τι παρείληφε κατὰ τά ψιλὰ οὐδὲ ἀμετάβολον ἰσχνόφωνον, ἀλλ' εὐγενῶς ἐπελέξατο τὸ ἀνέβραχε τραχυφωνήσας μὲν διὰ τοῦ ρ περιφανῶς, ὑποσεμνύνας δὲ τὸ τραχύφωνον καὶ τῇ τοῖ β συνεκφωνήσει ὡς οἷον βομβοῦντος, ἔτι δὲ καὶ τῇ τοῦ δασέος χ, ἃ δὴ τρία σύμφωνα καὶ τὸ βροχᾶσθαι ἀποτελοῦσιν.*

Praeterea admittuntur *τροπικαὶ λέξεις*, sed caveas, ne eis abutaris, nam *αἱ μετρίως ἔχουσαι ποιοῦσι τὸν λόγον σεμνὸν, εἰ δὲ ὑπερβαῖέν τι τοῦ μετρίου, τραχύνουσι τὸν λόγον*[3]) atque efficiunt vitium frigidi et quaesiti (*ψυχρὸν καὶ κακόζηλον*).[4]) Huc pertinet pars *circumlocutionum*, huc *ὁ σαρκασμός* *Ξ* 454

[1]) Heroum quoque cum dignitate pugnat se quasi in risum effundere, risus lenis tantum eis convenit; cf. *Δ* 356 (482), *E* 418 (567).

[2]) Utroque loco utitur Eustathius voce *ὄγκος*, consentiens cum Hermogene, qui adamavit in dissertatiuncula de *σεμνότητος* dictione *διογκοῦν*.

[3]) II, 292 Sp.

[4]) Utrumque opprobrium Eustathius novit, sed non audeo, illos locos ad doctrinam de ideis referre, cum omnibus rhetoribus iam ab Aristotele illae voces communes sint.

(997) in Pulydamantis oratione investigatus, huc *τὸ πάρισον* *Π* 348 (1083).

In *constructione enuntiatorum* sunt evitanda verba, praeferenda nomina, quod Eustathius tamen exemplis comprobare omisit.

Proprium *σεμνότητι* est schema *ἐπικρίσεως*, hoc est ipsius oratoris de re tractata appositum iudicium, haud raro in Homero ab Eustathio notatum; cf. *N* 16, ubi poeta Neptunum Graecis laborantibus auxilium ferentem facit: *ἐλέαιρε δ' Ἀχαίους, Διὶ δὲ κρατερῶς ἐνεμέσσα* (917): *τὸ δὲ ἐνεμέσσα ἐπίκρισίς ἐστιν Ὁμηρικὴ, ὡς μὴ μάτην χολουμένου τοῦ Ποσειδῶνος, ἀλλὰ κατὰ νέμεσιν, ἥ δίκαια μέμψις ἐστίν;* *B* 248 (214), *A* 325 (109), *I* 53 (735), *N* 126 (923), *N* 269 (930), *Ψ* 515 (1313), *Ψ* 592 (1318), *γ* 232 (1465), *ϑ* 221 (1592), *ν* 297 (1742), *σ* 287 (1847), *σ* 163 (1842), *τ* 348 (1867).

Minime permissae sunt *ἀποστροφαί,* qua in re Eustathius ab Hermogene dissentire videtur, cum dicit *Π* 692 (1081): *ὅτι καὶ νῦν ὁ ποιητὴς παθητικῶς ἅμα καὶ σεμνῶς ἀπέστρεψε τὸν λόγον πρὸς Πάτροκλον,* sed si percurris, quae sequuntur, videbis non verborum figurae sed sententiae inesse *σεμνότητα* quod demonstratur verbis: *σεμνύνων δὲ αὐτὸν ἅμα ὡς θεῖόν τι πρόσωπον καὶ οἰκτιζόμενος.* Neque aliter res sese habet *P* 367 (1110); nam crassa caligo, qua Iuppiter aciem involvit, causa gravitatis est, non conversio ad auditorem.

Membra orationis *brevia* esse opportet, ergo legimus recte *Z* 294 (643): *σεμνύων κομματικῶς* et paulo post *Z* 561 (660): *κομματικὴ περίφρασις.*

Restat *compositio.* Idonei sunt maxime numeri dactylici et anapaestici. Atque noli negligere, Hermogenem hoc loco longius quam solet in tractatione numerorum versari, exemplis additis, ex Homero depromptis.[1]) Quo explicandum est, quod Eustathius quoque hac in idea de numeris dixit, cf. *ν* 92 (1734): *καὶ ὅτι σεμνὸς ἐνταῦθα στίχος κατὰ τὸ ὁλοδάκτυλον τὸ δὴ τότε γ' ἀτρέμας εὗδε λελασμένος ὅσσ' ἐπεπόνθει, ὁποῖον σὺν ἄλλοις καὶ ἐν Ἰλιάδι τὸ· κεῖτο μέγας μεγαλωστὶ λελασμένος ἱπποσυνάων* et *Π* 774 (1086): *τούτῳ δὲ ὁμοίως ὁλοδάκτυλοι καὶ οἱ ἐφεξῆς δύο στίχοι συνεπικουροῦντες εἰς πλέον τῇ φραστικῇ σεμνότητι ἐν τῇ μακροτέρᾳ διατριβῇ.*

Denique addam pag. 4 Eustathium opinionem proferre in Iliade plus gravitatis inesse quam in Odyssea.

Appendicis instar breviter in uno conspectu ponam eos

[1]) sc. *X* 133, *N* 392, *M* 433.

locos, ubi de *mixtis ideis* agitur; quo manifestum fiet, quanta diligentia veteres singulas ideas distinxerint et unamquemque naturae loci adaptaverint. *N* 361 (951) miscuit poeta *σεμνότητα, βαρύτητα, τραχύτητα*, *Ξ* 161 (973), *Σ* 480 (1154) apparent *σεμνότης* et *γλυκύτης*, *P* 250 (1105), *Ψ* 88 (1289) *ἀφέλεια* et *σεμνότης*, *Z* 496 (656).[1]) *γ* 261 (1466) *γοργότης* et *σεμνότης*, *I* 47 (734) *γοργότης, σεμνότης, καθαρότης*, *Φ* 106 (1225) *γλυκύτης, ἀφέλεια, ἀλήθεια, σεμνότης, λαμπρότης.*

Δ 402 (144) contra evitantur *πάρισα*, ne fiat *κάλλος*, quo gravitas totius Iovi deleatur.

Quibus expositis satis egisse mihi videor de gravitate. Iam dicendum est de asperitate.[2]) Cernitur illa maxime in eo, *quod inferior in superiorem graviter vehementerque invehitur*; sed convicia illa neque cum ulla dubitatione neque cum alio levamine acerbitatis proferenda sunt. Sic Eustathius pro asperis habet orationes Halithersi contra procos *β* 161 sqq., Telemachi contra eosdem (diversis locis), Pulydamantis in Hectorem *M* 60, Iunonis ad Vulcanum (*Φ* 331), Stheneli contra Agamemnonem, *Δ* 402, Thersitis contra Agamemnonem omnesque Graecorum principes *B* 225. Contumelias asperas notatas invenies ad *N* 651 (951), *Π* 21 (1042), *α* 267 (1415).

Sed fere omnibus locis Eustathius addit, *asperitatem additamentis quibusdam esse lenitam*, cuius rei per se sat mirae explanationem rursus Hermogenes praebet. Dicit enim sat difficile esse apud Demosthenem, qua sit arte et elegantia, exemplum asperitatis nude admissae invenire, cum eam semper leniorem faciat methodo. Itaque posteriores, qui non intellegebant, cur, quod valeret de Demosthene, principe oratorum non item valeret de Homero, principe poetarum, semper studebant investigare ideam alteram vel artificium quoddam, quod cum asperitate coniungerent, ut oratio mitigaretur.

Legimus exempli causa de oratione Halithersi *β* 115 (1440): *ὅρα δὲ τὰ ἐν τῷ τραχεῖ λόγῳ τοῦ Ἁλιθέρσου ἱλαρὰ ποιητικὰ πάρισα ἐν δυσὶ κείμενα στίχοις τό· τοίςδεσι, πάντεσσι, πολέσιν, ἄλλοισιν;* pulchritudo igitur arcessita est, nam *πάρισα* sunt figurae, quae huic ideae maxime conveniunt. *Ἐπιείκεια* admixta est *I* 11 (733), *K* 114 (793), *M* 228 (900), *γλυκύτης* *N* 725 (956).

Alia remedia acerbitatis sunt consolationes adiectae, captationes benevolentiae, adiectiva laudativa, similia. *I* 32 (733):

[1]) Nam eius sunt quattuor illa *ἀσύνδετα.*
[2]) *περὶ τραχύτητος* II, 292 sqq. Sp.

. . . *τραχὺ δὲ ὅμως ὂν καὶ τοῦτο λεαίνεται τῇ ἐπαγωγῇ τοῦ ἄναξ.* *M* 60 (892): *τεχνικῶς δὲ κοινοποιεῖται τὸν λόγον ὁ ῥήτωρ Πουλυδάμας ἐν τῷ ἀφραδέως ἐλαύνομεν ἐμπεριλαβὼν καὶ ἑαυτὸν, ἵνα μὴ ἐλαύνετε εἰπὼν καὶ τὸν Ἕκτορα ὑβρίζειν δόξας ἐκτραχύνῃ καθ' ἑαυτοῦ, ὃν ἐνταῦθα ὁ ποιητὴς ἔφη θρασύν.* *Φ* 331 (1238): *διὰ τὸ εἰπεῖν ἐμὸν τέκος λεαίνεται τὸ τραχὺ τῆς κλήσεως.* *Δ* 355 (482). *Θ* 229 (710), *Ψ* 476 (1312), *ϑ* 205 (1392). Immo *P* 250 (1105) transitus a secunda in tertiam personam sufficit: . . . *ἵνα μὴ τραχέως τῷ διόλου ἀποστρεπτικῷ σχήματι ὀνειδίζει τοὺς ἀριστεῖς.*

Inter *σχήματα τραχύτητος* numeranda sunt *τὰ προστακτικὰ* et *τὰ κατ' ἐρώτησιν ἐλεγκτικά*, aliis imperare eosque interrogando coarguere. Illud apud Eustathium frustra, quaeres, hoc invenies *B* 223 (208): *ὅρα δὲ, ὅτι ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς ἡ τοῦ Θερσίτου θρασύτης διαφαίνεται ἀπὸ τοῦ ἐρωτηματικοῦ σχήματος· τραχύτητος γὰρ σχῆμά ἐστι τὸ τοιοῦτον καὶ σφοδρότητος.* *N* 725 (956): *τινὲς μὲν ἐλεγκτικώτερον ἐν ἐρωτήσει τοῦτο ἀναγινώσκουσιν.*[1])

Ut *τραχύτητα* ad castigandos superiores ita <u>*σφοδρότητα*</u> adhibemus *ad increpandos vel inferiores vel pares.*[2]) Quam ob rem hae duae ideae inter se simillimae sunt. Quod discrimen Eustathius recte respexit, sed, quod Hermogenes de asperitate observavit, hic de vehementia quoque demonstrare studet, scilicet Homerum illam plerumque diversis artificiis ab oculis quasi removisse. Nam *α* 64 (1391) de Iovis in Minervam oratione dicit: *ὅτι τὸ τέκνον ἐμὸν ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων εἰ καὶ σκωπτικόν ἐστι τῇ ἐννοίᾳ τῷ γοῦν σχηματισμῷ ἐπικρύπτει τὴν πολλὴν σφοδρότητα. βούλεται μὲν γὰρ εἰπεῖν· ποῖον λόγον παρέρριψας καὶ οὐ δεόντως εἶπας.* *A* 31 (31): *σημείωσαι δὲ ὡς ἐνταῦθα σφοδρὰς ἐννοίας ἐπιεικῶς ὁ βασιλεὺς* (sc. Agamemnon in Chrysen) *μεθόδευσεν.* *B* 337 (232): *ἐν πρώτοις οὖν σχετλιάσας διὰ τοῦ ὢ πόποι εἶτα οὐ πρὸς τὸν βασιλέα τὸν λόγον εὐθὺς ἀποτείνει* (sc. Nestor, qui verba facit ad populum a Thersite incitatum) *ὡς Ὀδυσσεὺς ἐποίησε . . . ἀλλὰ σφοδρῶς καὶ παρρησιαστικῶς τὸν λόγον μεταχειριζόμενος πρὸς μόνον μὲν αὐτὸν τὸν Ὀδυσσέα οὐ στρέφει τὸν*

[1]) Neque tamen plane silentio premo aliam illam vocis *τραχύτητος* significationem de asperitate soni, qua saepissime onomatopoeiae efficiuntur. Hoc sensu illam Eustathius adhibet *Γ* 362 (424), *Δ* 425 (492), *Δ* 422 (491), *E* 599 (586), *H* 479 (692), *Θ* 76 (700), *K* 374 (812), *M* 146 (896), *Π* 633 (1079), *Υ* 489 (1207), *Φ* 166 (1229), *Φ* 315 (1233), *Φ* 361 (1241), *β* 420 (1453), *ε* 402 (1541), *ζ* 90 (1553), *ι* 71 (1615), *ι* 394 (1636), *κ* 360 (1661), *μ* 750 (1711), *μ* 236 (1719), *φ* 50 (1901).
[2]) II, 301 sqq. Sp.

λόγον, ἣν γὰρ καὶ τοῦτο πάνυ καταφορικὸν[1]) καὶ ἀκρόχολον, λεαίνει δὲ τῷ κοινῷ πληθυσμῷ τὴν σφοδρότητα, λέγων· ἦ δὴ παισὶν ἐοικότες ἀγοράασθε, καὶ παισὶν οὐ τοῖς τυχοῦσιν, ἀλλὰ νηπιάχοις. Alia exempla sunt *Η* 161 (673) Menelai oratio ad Graecorum principes, qua eos commovere studet ad pugnam singularem cum Hectore ineundam, *Γ* 39 (381) et 46 (378) Hector obiurgans Paridem, *Ε* 471 (572) idem in Sarpedonem invehens,[2]) *Ρ* 170 (1100) idem contra Glaucum disputans, *Φ* 192 (1230) Achilles deos minorum gentium illudens,[3]) *Ι* 39 (734) Diomedes Agamemnonem dedocens, *Ε* 635 (591) Tlepolemi contra Sarpedonem obiurgia, *ϑ* 166 (1590) Ulixes, qui Euryali crimina defendit.

Ex vehementiae figurarum numero Eustathius de sola *quaestione* disputat *Γ* 46 (381): ἐν δὲ τοῖς γραφεῖσιν Ὁμηρικοῖς ὅρα τὸ ῥηθὲν καίριον ἀσύνδετον σχῆμα θυμῷ καὶ τὰ ἀγωνίᾳ πρέπον καὶ πάνυ σφοδρὸν κατά τε τὰς ἐννοίας καὶ τὰ κομματικὰ σχήματα καὶ τὸν τῆς ἐρωτήσεως ἔλεγχον et *Β* 223.[4])

At tres illae μεγέθους species, quas modo perlustravimus, Hermogeni ad efficiendam veram magnitudinem non sufficiunt, cum timendum sit, ne illae orationem reddant severiorem. Itaque necesse est accedere aliquid, quo fiat serenior. Hoc munere fungitur splendor sive festivitas (λαμπρότης).[5]) De quo breviter exponere licebit, quoniam Eustathius paucis locis eum apud Homerum investigavit.

Γίνεται τοίνυν λόγος λαμπρὸς, Hermogenes ait,[6]) κατὰ ἔννοιαν μὲν, ὅταν πεποίθησιν ἔχῃ τινὰ ὁ λέγων ἐφ' οἷς ἂν λέγῃ, διὰ τὸ ἔνδοξα εἶναι ἢ διὰ τὸ καλῶς πεπρᾶχθαι αὐτῷ ἢ διὰ τὸ χαίρειν τοῖς λεγομένοις τοὺς ἀκούοντας ἢ καὶ διὰ πάντα ταῦτα, ὅλως τε ἐπὶ τοῖς διαπρεπέσι τῶν ἔργων. Quo referendum *Ο* 502.[7]) Cui loco addam *Ψ* 455 (1310): καὶ ἔστι λαμπροτέρα ἐκείνη τῆς ἐνταῦθα παραβολῆς, cum similibus homines delectentur, quia, ut Hermogenis utar verbis,[8]) τὰ ἔνδοξα ἐνδοξοτέρως λέγουσιν. Idem assequimur dilucidam ac significantem rerum

[1]) Vox καταφορικός propria Hermogeni; cf. de inv. IV (II, 249, 25 Sp.), de id. II, 272,28 Sp. Reprehendimus eam etiam dictam de oratione concitata apud Eustathium *Ε* 471, *Ε* 635.

[2]) At σεμνῶς simul.

[3]) Eis, quae sequuntur, mederi heros dicitur nimis ferociter prolatis.

[4]) p. 25 excerptum.

[5]) II, 304 sqq. Sp.

[6]) II, 305, 4. Sp.

[7]) cf. p. 19.

[8]) II, 306,23 Sp.

imaginem depingentes, Glauci exemplum imitantes, qui *Ζ* 189 (635) τὰ μὲν τῆς γενεαλογίας διεξοδικώτερον διῆλθεν ἐμπλατυνόμενος αὐτοῖς λαμπρότερον.

De figuris λαμπρότητος duas tantum Eustathius exemplis Homericis probavit: *negationes*, cum dicit ω 246 (1960): ὅρα δ' ἐνταῦθα καὶ τὴν ἐπιμονὴν τοῦ ἀποφατικοῦ εὐειδοῦς καὶ λαμπροῦ σχήματος καὶ τὴν γοργότητα ἐν τῷ οὐ φυτὸν, οὐ συκῆ, οὐ τόδε, οὐ τόδε, et τὸ ἀποστατικὸν σχῆμα, quo utitur, qui res distincte separat et pronuntiat adhibito intervallo;[1]) cf. χ 217 (1925): ἔτι κεῖται ἐν τούτοις καὶ ἀποστατικὸν σχῆμα κατὰ λόγον θάμβους τὸ οἷα μενοινᾷς ἔρδειν ἐν μεγάροισιν, ὅμοιον ὂν τῷ οἷα μ' ἔοργας καὶ τοῖς τοιούτοις, *Ψ* 376 (1316), *Ω* 227 (1346), ι 133 (1619), ω 506 (1969).

Frequenti usu σχήματος ἀποστάσεως efficitur *asyndeton*, quod Hermogenes statim addit; itaque recte Eustathius verba facit de asyndeto κατὰ ἀπόστασιν *Ρ* 175 (1101).

Ex coniunctione splendoris et asperitatis exoritur vigor sermonis (ἀκμή),[2]) cuius Eustathius uno tantum loco mentionem fecit,[3]) λ 225 (1680). Dicit enim de heroidum catalogo: εὐταξίαν δὲ τῇ ποιήσει τεχνώμενος καὶ ἀκμὴν καταλέγει πρῶτον ἡρωίδας, εἶτα διαναπαύσας τὸν λόγον βραχὺ πρὸς ἥρωας μεταβαίνει ἀρχόμενος ἀπὸ Ἀγαμέμνονος.

Reliqua est ultima magnitudinis species, περιβολή (exaggerata oratio),[4]) quae contraria est puritati. Copia illa fit, *si extra petita orationi immisces*,[5]) e. g. si speciei apponis genus, finito infinitum, parti totum. Quo spectat *Ι* 406 (759): εἶτα καὶ τῆς τοιαύτης αἰτίας αἰτίαν ἀποδιδοὺς κατὰ λόγον περιβολῆς φησίν κτλ.

Maxime autem illa vis augendi sermoni inest, si *circumstantias* addis. Eandem sententiam Eustathius amplexus est δ 397 (1501): ὅρα δὲ ὡς σαφὲς μὲν τὸ σχῆμα τοῦ διηγήματος . . . ἡ δὲ ἔννοια συχνὴν ἔχει περιβολήν. πρόσωπον μὲν γὰρ ὁ Πρωτεύς, πρᾶγμα δὲ πωλεῖται, ποιότητες δὲ προσωπικαὶ τὸ Αἰγύπτιος ἀπὸ <τῆς> χώρας τὸ ἅλιος ἀπὸ τοῦ προσεχεστέρου τόπου, τὸ γέρων ἐκ τῆς ἡλικίας, τὸ νημερτὴς ἐξ

[1]) cf. Aristidem, II. 462,16 Sp., qui quidem bene novit, quae opus sunt ad efficiendum splendorem, ipsum ignorat.

[2]) II, 308 sqq. Sp.

[3]) Nam β 241 (1443): ὅτι ἀκμάζων ὁ ποιητὴς ἐν τοῖς τῶν μνηστήρων δημηγορίαις τὸν μὲν Ἀντίνοον κτλ., ἀκμάζειν non est terminus, qui vocatur technicus.

[4]) II, 315 sqq. Sp.

[5]) cf. Eustath. α 156 (1406): περιβάλλειν δὲ τὸ περιττὰ τιθέναι ἤτο. περισσὰ ἐμβάλλειν, ὅθεν καὶ περιβολή, λόγου ἰδέα, καὶ λόγος ἐμπερίβολοςι

ἀρετῆς ἢ ἐκ μαντικῆς τέχνης, τὸ ἀθάνατος ἐκ τοῦ τῆς ζωῆς εἴδους. *A* 1 (17): *ἰστέον δὲ καὶ ὅτι τὸ ὅλον τοῦτο χωρίον τὸ πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄιδι προίαψεν ἐπαινεῖται πρὸς τῶν παλαιῶν ὡς καιρίως ἐμπερίβολον· ἔγκειται γὰρ αὐτῷ φασὶ ταῦτα· τὸ ψυχὰς οὐσία· ποσὸν τὸ πολλάς· ποιὸν τὸ ἰφθίμους· τόπος τὸ Ἄιδι· χρόνος τὸ προίαψεν.* *B* 339 (244), *N* 249 (929).

Narrationem ubertatis splendore ornant *aliae narratiunculae orationi insertae;* cf. *I* 525 (771).

Methodus *περιβολῆς* est *genuinum rerum ordinem mutare,* ita ut posteriora prius narrentur. Id autem Homero saepissime in usu est, quod Eustathius *φ* 13 (1899) sic significat: *ὅρα δὲ κατὰ τὴν ῥηθεῖσαν ἱστορίαν, ὅτι ἀνέστρεψε καὶ αὐτὴν ὁ ποιητὴς οἰκείῳ ἔθει ἀκολουθῶν.*[1]) Neque silentio praeteriit huic rationi inesse *περιβολήν*. Legimus enim *I* 525 (771): *καὶ περιβάλλων ἱστοριῶν τε μεστότητι καὶ ὡς προείρηται ὑπαλλαγῇ τῆς φυσικῆς τῶν πραγμάτων τάξεως;* vel significantius *O* 5 (1002): *ποτὲ μέντοι τὸ τῆς δευτέρας συζυγίας πρῶτον τῷ δευτέρῳ τῆς πρώτης συζυγίας ἐπάγει συναπτῶς, καὶ τὸ δεύτερον τῆς αὐτῆς δευτέρας τῷ πρώτῳ τῆς πρώτης ὡς ἔχει τὸ οἰμωγὴ καὶ εὐχωλὴ ὀλλύντων καὶ ὀλλυμένων καὶ τὰ ὅμοια. καὶ ἔστι τοῦτο σαφὲς μὲν οὐ πάνυ, ἐμπερίβολον δὲ καὶ πρέπον μεγέθει ποιήσεως.* *A* 1 (15) *τὸ ἐμπερίβολον καὶ ὑψηλὸν* totius Iliadis in eo cernitur, quod res non secundum temporis ordinem referuntur, sed narratio

> semper ad eventum festinat et in medias res
> non secus ac notas auditorem rapit.[2])

Contra in collocatione unius enuntiati detegit *περιβολήν* *β* 270 (1444), quod poeta non scripserit: *εἰδή τοι σοῦ πατρὸς ἐνέστακται μένος ἠύ, οὐδ' ὄπιθεν κακὸς ἔσσεαι οὐδ' ἀνοήμων,* sed ordinem enuntiatorum invertit.

Ex numero figurarum, quas Hermogenes exaggeratae orationis proprias esse voluit, Eustathius unum commemorat *τὸ σχῆμα κατ' ἄρσιν καὶ θέσιν*[3]). Cum autem idem ab Eustathio ad *κάλλος* quoque referatur, hic ei tantum loci afferendi sunt, ubi non eiusmodi additamentum adiectum est, qui sunt *O* 410 (1022), *O* 738 (1040), *P* 270 (1107), *α* 203 (1411). *Σχῆμα* illud *κατ' ἄρσιν καὶ θέσιν* eo maioris est momenti ad

---

[1]) cf. e. g. praeter alios locos *Λ* 689 (878).
[6]) Horatius a. p. 148.
[3]) cf. p. 15.

indagandum, quem auctorem Eustathius secutus sit, quia ipsum illud nomen ab Hermogene inventum esse videtur. Aristides enim[1]) eandem figuram nominat *ἐπιμερισμούς*.

Τὸ ἐπιτρέχον denique *σχῆμα* commune est *περιβολῇ* et *γοργότητι*. Cum autem id Eustathius clare et distincte tribuat *γοργότητι* *γ* 188, *X* 406, *Ω* 778, infra de eo agendum est[2]).

Si autem orationi omnis deest ornatus, omnino nulla est, itaque necessario requirimus in omni genere scribendi proximam ideam, scilicet **pulchritudinem** (*κάλλος*)[3]). Quae cum ad elegantiam atque venustatem dictionis modo pertineat neque sententias peculiares neque methodum propriam habet. Tota posita est in elocutione maximeque in variarum figurarum apto usu.

Figura illa, qua nulla magis idonea est, qua efficiatur *κάλλος* est *παρίσωσις*, id quod sescenties Eustathius adnotat. De 112 enim locis, ubi in commentariis illius figurae mentio fit, 47 nulla alia causa allati sunt, quam quia eis efficiatur pulchritudo[4]), plerisque aliis omnino nihil additum est, cur poeta eis carmen suum ornaverit. *μ* 238 (1719): *ἔχει δέ τι κάλλους καὶ τὸ ἀναμορμύρεσκε καὶ φάνεσκεν, εἰ καὶ μακρὰν ἀλλήλων κεῖνται,* ad Homerum delatam invenimus Hermogenis observationem de Demosthene: *ἤτοι γὰρ διακόπτων αὐτὰς ἐξ ἐπεμβολῆς τινος καταμίγνυσι τῷ λόγῳ*[5]); ad quem locum cf. *B* 216 (206).

Si autem *πάρισα* pulchritudinem gignunt, eadem vis inest etiam *τῷ ὁμοιοτελεύτῳ*. Quid enim *ὁμοιοτέλευτον* aliud est quam *παρίσωσις* in fine membrorum? Qua de causa nonnulla modo iam enumeravimus: reliqua invenies in adnotatione[6]).

Iam sequuntur figurae, quae repetitione eorundem verborum

---

[1]) II, 483,3 Sp., cf. Baumgart l. l. 191.
[2]) cf. p. | sq.
[3]) II, 330 sqq. Sp.
[4]) Locos hic componam: *ε* 83 (1525), *ϑ* 73 (1586), *ϑ* 163 (1596), *ι* 36 (1614), *ο* 322 (1783), *ο* 405 (1787), *π* 31 (1807), *χ* 324 (1929), *ε* 35 (1521), *ζ* 43 (1550), *ξ* 444 (1767), *A* 141 (67), *B* 382 (242), *B* 491 (261). *E* 700 (595), *H* 256 (680), *H* 412 (688), *Θ* 53 (697), *Θ* 458 (723), *Θ* 493 (726), *I* 388 (758), *I* 645 (781), *K* 85 (789), *K* 254 (802), *Λ* 146 (836), *N* 238 (929), *N* 260 (930), *Ξ* 79 (968), *O* 684 (1035), *Π* 338 (1063), *Π* 679 (1080), *Π* 758 (1085), *P* 155 (1100), *Σ* 460 (1152), *T* 36 (1169), *Φ* 239 (1233), *Φ* 245 (1235), *I* 519 (769), *I* 526 (771), *κομματικὰ πάρισα* *μ* 77 (1714), *K* 297 (805), *Z* 294 (643); cf. *A* 3 (15).
[5]) II, 333,7 Sp.
[6]) *α* 129 (1399), *α* 207 (1415), *η* 115 (1572), *ο* 248 (1967), *ξ* 208 (1762), *ρ* 378 (1832), *ι* 248 (1627), *Z* 169 (633), *I* 540 (774), *Ξ* 175 (973), *O* 120 (1048), *Π* 393 (1066), *P* 464 (1115), *I* 519 (769), *X* 386 (1275).

efficiuntur. Quarum usitatissimae sunt *ἐπαναφορά*, si repetitio fit initio[1]), ἡ *ἀντιστροφή*, si fit in fine membrorum[2]).

Porro si idem est, prioris membri finis ac sequentis initium, fit *ἐπαναστροφή*. Qua figura pulchritudinem excitatam esse Eustathius statuit *B* 756 (337), *E* 429 (568), *E* 483 (574), *Θ* 155 (704), *Λ* 489 (858), *M* 313 (907), *Ξ* 35 (965), *O* 24 (1008), *X* 126 (1262). Quorum exemplorum ex numero duplex satis est memorabilis. Primum est *E* 483: *ὅρα δὲ καὶ τὸ τοῖον οἷον, σχῆμα ὂν κάλλους ποιητικὸν, ὁμοίως τῷ Σαμία μία ναῦς, καὶ ταμία μία καὶ τοῖς τοιούτοις, ὅπερ ἐπαναστροφὴν καλοῦσιν οἱ ῥήτορες,* cui simillimum *Θ* 155: *κάλλους δὲ ποιήσει πρέποντος, τὸ ἀσπιστάων τάων ἐοικὸς τῷ Σαμία μία ναῦς καὶ τοῖς ὁμοίοις.* Verbis enim *Σαμία μία ναῦς* Hermogenes ipse illustrat, quid sit *ἐπαναστροφή*[3]). Alter locus est *B* 756, quia hunc versum Hermogenes item exempli causa elegit[4]).

Si autem idem vocabulum periodum et incipit et claudit, *κύκλος* fit, quae figura soli Hermogeni propria esse videtur. Ea pulchritudini assignatur de inv. IV[5]): *κύκλος ἐστὶ σχῆμα καὶ αὐτὸ ἑρμηνείας ἴδιον κάλλος ἐμπεριέχον λόγου.* Sed in libris de ideis eam silentio praeteriit. Apud Eustathium ea occurrit inter pulchritudinis figuras *N* 546 (945) et *Z* 118 (628).

Denique non omittam *πολύπτωτον* *K* 476 (819) et *gradationem* *B* 101 (181) loco illo celeberrimo de sceptro Agamemnonis: *κάλλους δὲ σχῆμα κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὸ κλιμακωτὸν, οἰκεῖον ὂν πανηγυρικαῖς ἐννοίαις.*

Iamiam agendum est de *ἀναγράμμασι* et *παρηχήσει* de quibus Hermogenes quidem silet, sed quae optime cum eius doctrina convenire nemo negabit. Utrumque schema non longum abest a paronomasia. Quin etiam *παρήχησις* fere idem est[6]).

---

[1]) Huc pertinent *γ* 431 (1475), *ι* 133 (1619), *υ* 250 (1891), *δ* 102 (1487), *ξ* 56 (1750), *B* 101 (181), *B* 382 (243), *B* 492 (263), *B* 671 (317), *E* 700 (595), *E* 740 (601), *H* 57 (664), *Θ* 262 (712), *N* 732 (957), *Π* 16 (1042), *Π* 393 (1066), *P* 38 (1093), *Φ* 353 (1239), *Ψ* 13 (1285), *Ψ* 315 (1303), *Ψ* 894 (1335), *A* 437 (131), *H* 117 (669), *H* 434 (689), *I* 383 (758).

[2]) *ι* 248 (1627), *A* 193 (80), *N* 564 (945), *X* 495 (1282), *K* 476 (819).

[3]) II, 336,23 sqq. Sp.

[4]) Contra ad *Y* 371 ab Hermogene item laudatum, Eustathius nil adnotavit.

[5]) II, 252, 1. Sp.

[6]) cf. Buchhold, de paromoeoseos apud veteres Romanorum poetas usu, Lipsiae 1884, p. 22 sq. Cuius ex verbis satis habeo exscribere: „Similitudinem autem, ut ad stirpem verborum pertinere necesse est, ita nil differt, utrum ante an post stirpem apud aliud vocabulum aliud additamentum exstet. Ac rursum statuendum est, cum verba ab eadem stirpe derivata esse possint, non postulari stirpium adfinitatem."

Prioribus vox non in usu erat, sed legitur apud Hermogenem, qui eam aeque atque *κύκλον* in libro de inventione IV pulchritudinis esse subsidium docet[1]), duplici ex Homero deprompta exemplo eam illustrans[2]). Hanc figuram orationem pulchram reddere Eustathius, qui eam adamavit[3]), asseverat *B* 131 (191), *H* 126 (677), *H* 216 (678), *Λ* 108 (834), *Ψ* 690 (1324), *Ω* 751 (1374), *α* 423 (1427), *σ* 198 (1839).

Alterum erat anagramma, si transponendis litteris unius verbi alterum efficitur; quae in Homero investigare mihi magistellorum aetatis Byzantinae esse videtur. Quam arte autem cohaereant anagramma et *παρήχησις*, ostendit Eustathius *A* 25 (29): *ἰστέον δὲ ὅτι . . . διὰ τοῦ ἀναγραμματισμοῦ τοῦ ἐμφαινομένου ἐν τῷ θυμὸς καὶ μῦθος ψευδοπαρήχησιν ποιοῦσιν.* Pulchritudini *ἀναγραμματισμός* adiungitur *I* 539 (773), *Λ* 108 (834), *ϑ* 185 (1591).

Non minus aptae sunt *καινοπρεπῆ σχήματα*, novae quaedam et inusitatae structurae. Sed quamquam hanc vocem non raro Eustathius adhibet, nusquam eam tribuit pulchritudini.

Pergit Hermogenes: *καὶ μὴν καὶ αἱ διὰ δύο ἀποφάσεων γινόμενα καταφάσεις κάλλους ἴδιον σχῆμα, οἷον οὐδ' οὐκ ἐθέλοντα μάχεσθαι* (*Δ* 224) *ἀντὶ τοῦ θέλοντα.*[4]) Unde explicandae adnotationes ad *N* 269 (930): *ὅτι τὸ οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐμέ φημι κάλλος τε ἔχει διὰ τῶν εὐειδῶν ἀποφάσεων,* *A* 249 (96), *λ* 288 (1686).

Cuius usus quasi species est *σχῆμα κατ' ἄρσιν καὶ θέσιν,* quod optime Eustathius ad pulchrum sermonem refert *Δ* 223 (465), *N* 566 (946), *Ξ* 318 (988), *Ω* 155 (1343), *υ* 136 (1886).

Transit deinde Hermogenes ad *compositionem*. Membra vel mediocriter longa esse debent vel brevia quidem sed continuata conexaque, ita ut alia ex aliis pendeant, ad quod praeceptum conferas *κομματικὰ πάρισα.*[5]).

Restat *res metrica*, de qua Hermogenes praescribit, ne sermo versus sit, neve tamen longum a versu absit; nam singula accurate delineare non eius muneris erat. Eustathius, ut

---

[1]) de invent. IV (II, 251,9 Sp.): *παρήχησίς ἐστι κάλλος ὁμοίων ὀνομάτων ἐν διαφόρῳ γνώσει ταὐτὸν ἠχούντων· γίνεται δὲ, ὅταν δύο ἢ τρεῖς ἢ τέσσαρες λέξεις ἢ ὀνόματα εἴπῃ τις ὅμοια μὲν ἠχοῦντα, διάφορον δὲ τὴν δήλωσιν ἔχοντα.*

[2]) *ω* 465, *Z* 201. Ad priorem locum Eustathius quoque *παρήχησιν* commemorat.

[3]) Bis et quinquagies in Iliade, sedecies in Odyssea eius mentionem fecit.

[4]) II, 338, 11. Sp.

[5]) cf. p. 29, adn. 4.

solet, pauca praebet, quae ne rationem quidem habere videntur rhetoris verborum. Scriptum enim est ad *X* 386 (1275): *ὅρα δὲ καὶ ὡς ἐκαλλώπισε ῥυθμῷ προπαροξυτόνων λέξεων τὸ κατὰ Πάτροκλον εἰπών· κεῖται γὰρ νήεσσι νέκυς ἄκλαυτος, ἄθαπτος Πάτροκλος* et ad *B* 491 (261): *καλλωπίζουσι μὲν γὰρ γοργῶς καὶ εὐρύθμως κτλ.*

Mixtionem Eustathius statuit *κάλλους* et *τραχύτητος* *A* 249 (96), *κάλλους* et *γοργότητος* *B* 491 (261), *γ* 431 (1475), *π* 31 (1807), aliis locis, *κάλλους* et *σεμνότητος, σαφηνείας* etc. *I* 326 (771). Huc pertinet id quoque, quod haud raro legimus, e. g. *Π* 338, *Φ* 245, pulchritudinis esse *τὸ σκυθρωπὸν* alicuius loci *ἱλαρὸν ποιεῖν.*[1])

Ἄκαιρον κάλλος evitavit Homerus secundum Eustathium, quod item debetur doctrinae de mixtione atque usu diversarum idearum; cf. *A* 1 (16): *ἐξέφυγε δὲ τὸ ἐν τρισὶ παρίσοις ἄκαιρον κάλλος*, *A* 402 (124), *E* 507 (577), *I* 443 (761): *φασὶ δὲ οἱ παλαιοί, ὅτι δυνάμενος καλλωπίσαι τὸν λόγον ἐμφανῶς ἐν τῷ εἰπεῖν μύθων τε ῥητῆρα, ἔργων δὲ πρηκτῆρα, ὅμως οὐκ ἐποίησεν οὕτω, ἀλλὰ μετέθηκε τὸ πρηκτῆρα κἀντεῦθεν τὸ ὁμοιοτέλευτον συνεσκίασεν, ἵνα μὴ ἐν σκυθρωποῖς ὁ λόγος ἐμφανέστατα καλλωπίζηται.*

¹) Quicum mirum in modum consentit Plin. ep. 2, 5, 6: 'quod tamen, si quis exstiterit, qui putet nos laetius fecisse quam orationis severitas exigat, huius ut ita dixerim, tristitiam reliquae partes actionis exorare debebunt' cf. 4 3,2 'nam severitatem istam pari iucunditate condire summaeque gravitati tantum comitatis adiungere non minus difficile quam magnum est'. Occasione data alios paucos locos exscribam, ubi eandem rationem interesse inter Plinium et Hermogenem observare possis. 2, 11, 17. 'Respondit Cornelius Tacitus eloquentissime et, quod eximium orationi eius inest, *σεμνῶς*. Cum 1, 20, 22. 'Nec vero, cum haec dico, illum Homericum *ἀμετροεπῆ* probo, sed hunc *καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν·* non quia non et ille mihi validissime placeat *παῦρα μέν, ἀλλὰ μάλα λιγέως·* si tamen detur electio, illam orationem similem nivibus hibernis, id est crebram et adsiduam et largam, postremo divinam et caelestem volo' optime, puto, conferas, quae Hermogenes II, 390 Sp. dicit de Ulixe Homerico *δεινότητος* exemplo. Perspicuitas occurrit 7, 9, 8 'et pressus sermo purusque ex epistulis petitur'. Denique puto 5, 8, 9—11 latere sub vocibus humilia, splendida, excelsa, amaritudine, instantia, suavitate dulcedine, vi, tractus Graeca verba: *ταπείνωσις, λαμπρότης, περιβολή, τραχύτης, σφοδρότης, γλυκύτης, κάλλος, δεινότης, σεμνότης.* Discrimen hoc loco factum inter narrandi methodum historiae et eloquentiae similiter ab Hermogene statuitur inter poesin et historiam II, 408, 9 Sp. Quo novum argumentum attulisse mihi videor eos recte sentire, qui contendunt neque Hermogenem neque Aristidem primos de ideis egisse sed systema tantum construxisse observationibus priorum utentes, nisi locis Dionysii Halicarnassensis, Aristotelis, aliorum. Qua de quaestione difficillima cf. Volkmann, Rhetorik² 553 et apud Iwanum Müller, Handbuch d. klass. Altertumswissenschaft II², 673, Josephy, der oratorische Numerus bei Isocrates und Demosthenes, 1885, p. 5, Liers J. J. 1885, 577, Thiele, Hermagoras 1893, 142. Neque plane spernendum esse puto locum D. H. de comp. verb. 19: *γοργὰ σχήματα* esse figuras modosque dicendi, quibus oratio vehemens et vivida reddatur, quibus opponuntur *τὰ ὕπτια καὶ ἀνειμένα,* collatis Hermogenis verbis II, 343, 10 Sp.: *γοργότητι γὰρ ἐναντίον τὸ ἀνειμένον καὶ ὕπτιον.*

Aristidi *κάλλους* notionem ignotam esse cognosces ex Baumgartio p. 192.

Idem valet de proxima idea,[1]) qua evitatur, ne oratio stagnet atque langueat, immo cuius ope ut flumen alacriter et vehementer profluit, quam Hermogenes appellavit *γοργότητα* (celeritatem).[2])

Celeritati oppositum est *τὸ ὕπτιον,* quod, qua esset elegantia, Homerum evitasse Eustathius diversis locis monet, sed ex natura rei non omnibus locis *γοργότης* remedium languidi affert. *I* 540 (774) enim et *I* 519 (769) *κάλλος* celeritatis partibus fungitur, *η* 324 (1581), *Λ* 689 (879), *Λ* 798 (876), *Π* 715 (1082), *Ω* 229 (1347) vividus sermo medicinam languoris praebet.

Sententiae singulares celeritati non sunt. Propria natura huius ideae est *ὁ τύπος τμητικός,* id est oratio incisa, non multis rebus amplificata, quo fit contraria *περιβολῇ*. Qua de causa eaedem figurae, ex quibus *σεμνότης* et *περιβολή* nascuntur, si *κομματικῶς* adhibentur, *γοργότητα* efficiunt. Haud raro eam apud Eustathium coniunctam reperimus cum pulchritudine, quod optime convenit cum primis verbis capitis Hermogeniani:[3]) *δεῖ δὲ τῷ τοιούτῳ λόγῳ πάντως καὶ γοργότητος, ἵνα μὴ ἀργὸν αὐτῷ καὶ σαφὲς μόνον τὸ μέγεθος ᾖ καὶ τὸ κάλλος, ἀλλὰ καὶ γοργόν.*

Sed iam ad *methodum* tendit oratio. Primum Hermogenes praecipit: *μέθοδος γοργότητος μία τὸ τοῖς ἀπαντήσεσι ταχείαις χρῆσθαι καὶ βραχείαις, ταῖς δὲ ἀντιθέσεσιν ὡσαύτως.*[4]) Cuius auctoritatem secutus Eustathius dicit *E* 758 (605): *τὸ δὲ ἐμοὶ δ' ἄχος, οἱ δὲ τέρπονται σχῆμά ἐστι γοργὸν ἀντιθετικόν, σύνηθες καὶ αὐτὸ ῥήτορσιν.* Eadem res illustratur ad *I* 321 (753) et ad *N* 326 (934).

Haud multum ab antithesi distant, cuius sunt species, *σχῆμα κατ' ἄρσιν καὶ θέσιν* et *ἀντίθεσις καὶ λύσις,* unde ex-

¹) Baumgart, l. l. 195.
²) II, 343 sqq. Sp.
³) II, 343, 8 Sp.
⁴) II, 344, 3 Sp.

plicanda sunt Eustathii verba Ξ 318 (988): *ὅρα δὲ καί, ὅτι καλλωπίζων τὸ ἐρωτικὸν τοῦτο χωρίον ὁ ποιητὴς εὐειδεῖ σχήματι τῷ τῆς ἄρσεως, ἤγουν τῷ τῆς οὐ ἀρνήσεως ἀποφατικῶς· ἐννεάκις χρᾶται αὐτῷ, ποτὲ μὲν γοργότερον φράζων, ποτὲ δὲ καὶ ἄλλως.* Θ 127 (703): *καὶ οὕτω κατὰ ἄρσιν εἰπὼν ἐπάγει θέσιν γοργήν.* α 392 (1425): *ὅρα δὲ καὶ τὸ ἐναγώνιον καὶ γοργὸν καὶ διαλεκτικὸν τοῦ Τηλεμάχου συντομώτατα καὶ ἀπορήσαντος ὡς ἐν ἀντιθέσει καὶ λύσαντος.*

Eandem vim habent *occupationes* praesertim quaestionis forma prolatae et *ἀποστροφαί,* quarum Eustathius nullum exemplum Homericum investigare potuisse videtur.

Tum transit Hermogenes ad *σχήματα λόγου.* Remedium languoris haud contemnendum est, *si aliam narrationem in aliam inseris;* cf. Λ 740 (882): *ἧς δὴ Ἀγαμήδης τὴν ἱστορίαν πάνυ γοργῶς ἐπεισοδιάσας ὁ ποιητὴς μέθοδον δίδωσιν, ὅπως χρὴ ἐπελευστικῶς παραπλέκειν τοῖς πρὸ ἔργου καὶ καιριωτέροις τὰ πάρεργα.*[1] η 324 (1581): *καὶ ὅρα ὡς ἀφαιρῶν ὁ ποιητὴς τὴν τοῦ λόγου ὑπτιότητα παρενέβαλε τὴν περὶ τοῦ ἀθεμίστου Τιτυοῦ ἱστορίαν.* λ 538 (1696): *καὶ ὅρα, ὅπως δεξιῶς ὁ ποιητὴς κἀνταῦθα ἱστορίας παρενέθετο πολλάς τε καὶ εὐχρήστους μετὰ γοργότητος, ἵνα μὴ τῷ μονοειδεῖ τῶν φθασάντων ὑπτιάζῃ ἀποκναιόμενος ὁ ἀκροατής.* Ε 66 (522), Ζ 23 (622), Π 16 (1042), Π 326 (1062), Υ 467 (1217), ζ 1 (1549), η 63 (1567), φ 13 (1899). Hoc variandi studium nos ducit ad *ποικιλίαν,* qua Homerum longe alios omnes poetas superare Eustathius iterum iterumque lectori in memoriam revocat.

Pergit Hermogenes: *ἔτι ἐξαιρεῖται τῶν ἀφηγήσεων τὴν ὑπτιότητα καὶ τὸ ἐπιτρέχον λεγόμενον σχῆμα,*[2] quod Eustathius exemplis Homericis probavit Β 698 (324), Χ 406 (1276), Ω 778 (1375). Est autem ei *τὸ ἐπιτρέχον,* obiter aliquid et quasi in transitu commemorare, quo sane oratio alacris redditur, ut exempla demonstrant Ζ 70 e. g. usurpatur de brevissimo Nestoris consilio, Β 698 de vita Protesilai in catalogum navium inserta. Ultimo loco admittitur quodammodo ea definitio, quam Hermogenes de illa figura exhibet, a qua Eustathius recessit, qui eam in eo cernit, quod propositio interpositis sententiis dirimitur. Nam in contextum

τῶν αὖ Πρωτεσίλαος ἀρήιος ἡγεμόνευεν ζωὸς ἐών· (698)
τῷ δ' ἅμα τεσσαράκοντα μέλαιναι νῆες ἕποντο (710)

[1] Nota hoc loco Homerum quasi totius Graeciae praeceptoris munere fungentem describi.

[2] II, 345, 12 Sp.

inculcata sunt, quae de Protesilai fatis referuntur. Υ 462 (1217) de sententiis interpositis verba facit nullo addito termino technico. Eandem significationem habet *ἐπιδρομή* Ζ 270 (625), Ο 665 (1036), Ο 733 (1040).

Orationem vel maxime vividam facit *τὸ κομματικὸν ἀσύνδετον,* quo haud raro Homerus usus est, quod Eustathium minime effugit. Cf. Γ 46 (381): *τέσσαρες γὰρ ἀσυνδέτους ἔφη μετοχὰς γοργῶς τὸν λόγον μεταχειρισάμενος. οὕτω καὶ πρὸ ὀλίγου ἔφη ἐν τῷ μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κυρσὰς εὑρὼν ἢ ἔλαφον ἢ αἶγα πεινάων· καὶ ἐκεῖ γὰρ τρεῖς μετοχαὶ κεῖνται γοργότερον δίχα συνδέσμου, συνεπιτρέχοντος οἷον τοῦ ποιητοῦ τῇ σπουδῇ τοῦ λέοντος.* Δ 327 (478): *τὸ εὗρ' υἱὸν Πετεῶο ἀσυνδέτως καὶ γοργῶς προάγει ὁ ποιητὴς συντέμνων τῇ τοῦ βασιλέως σπουδῇ καὶ τὴν φράσιν· γοργότερον γὰρ τοῦ συνδεδεμένου τὸ ἀσύνδετον.* Μ 86 (893), Ε 329 (543), Ε 787 (608), Ι 158 (743), Ι 318 (752), Λ 796 (839), δ 751 (1516), ω 515 (1969), Λ 119 (835); Β 204 (202), Ζ 496 (656), Ζ 509 (658).

Paene eandem vim habent *αἱ πυκναὶ καὶ δι' ἐλαχίστου ἐξαλλαγαί,* membra brevissima, quae iuxta posita sunt, atque eodem modo sermonis Homerici propria sunt. Quo nihil Eustathio iucundius fuit; effundit enim innumerabilem multitudinem exemplorum, quorum ex numero exscribere liceat Β 192 (200): *ὅρα δὲ ἐν τῇ τοιαύτῃ δημηγορίᾳ, τὴν πυκνότητα τῶν τοῦ Ὀδυσσέως νοημάτων· ὀκτὼ γὰρ ὄντων τῶν ὅλων στίχων ἐν οἷς λαλεῖ πρὸς τοὺς βασιλεῖς ὁ Ὀδυσσεὺς καὶ πάλιν ἓξ ἐν οἷς πρὸς τοὺς δημότας δημηγορεῖ, ἑκάστῳ στίχῳ ἔννοιαν συναπαρτίζει. τινὲς δὲ στίχοι καὶ δύο ἐννοίας ἐμπεριγράφουσι· ποιεῖ γὰρ τὸν Ὀδυσσέα οὐ μόνον, οἷς ἔπραττε, σπεύδοντα, ὡς προείρηται, ἀλλὰ καί, οἷς κομματικῶς καὶ γοργῶς ἔλεγε.* Ζ 23 (623): *φιλοτιμεῖται δ' ἐνταῦθα καὶ τὸ τῆς φράσεως Λακωνικόν, ἤγουν γοργόν, τιθεὶς ἐν ἔπεσιν ἑπτὰ κατὰ ἕκαστον στίχον τόν τε πεφονευμένον καὶ τὸν φονεύσοντα καὶ τοῦτο μετὰ τῆς συνήθους ποικιλίας,* quocum compares Ρ 13 (1092), ubi lepide additum est: *Εὔφορβος δὲ ταῦτά φησι λακωνίζων πρὸς Λάκωνα.* Porro huc pertinent: Α 160 (72), Β 200 (199), Ι 621 (779), Λ 601 (865), Λ 689 (879), Ξ 506 (999), Ο 773 (1040), Σ 266 (1142), β 130 (1437), β 363 (1450), π 431 (1807).

Praeterea *brevis atque incisus narrandi modus* sermonem vididum reddit β 3 (1430): *ἐνταῦθα ἐπὶ Τηλεμάχου γοργότητα ἔφη ἐν δυσὶ λέξεσιν.* ε 106 (1526): *ὅτι πάνυ γοργῶς ὁ ποιητὴς συντεμὼν τὰ τοῦ Τρωικοῦ πολέμου ἕως τῶν κατὰ τὸν Ὀδυσσέα καὶ τὴν Καλυψὼ φησίν· ἀνδρῶν, οἳ ἄστυ περὶ Πριάμοιο*

μάχοντο εἰνάετες, δεκάτῳ δὲ πόλιν πέρσαντες ἔβησαν οἴκαδε. ἀτὰρ ἐν νόστῳ Ἀθηναίην ἀλίτοντο, ἥ σφιν ἐπῶρσ' ἄνεμόν τε κακὸν καὶ κύματα μακρά. ὅτε οἱ μὲν ἑταῖροι τοῦ Ὀδυσσέως ἀπέφθιτον, τὸν δὲ ἄνεμός τε φέρων καὶ κῦμα ἐπέλασεν ἐκεῖ. ο 406 (1787): *τὸ δὲ εὔβοτος καὶ ἑξῆς πάνυ ἐπαινεῖται τῆς γοργότητος ἅπασαν ἀρετὴν χώρας περιέχον ἐν στίχῳ ἑνί.* ψ 370 (1950): *ἰστέον δὲ ὅτι ἐν τούτοις ὡς καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς κεῖται καὶ διασκευὴ περιττὴ καὶ ἀφελὲς τὸ ὤϊξαν δὲ θύρας, ἐκ δ' ἤιον, ἦρχε δ' Ὀδυσσεύς. διὸ καὶ γοργῶς ἀπεστένωται διὰ τὸ εὐτελές.* Σ 20 (1128): *ὅτι συντομίας χρὴ παράδειγμα ἔχειν καὶ τὸν τοῦ Ἀντιλόχου ἐνταῦθα λόγον, ὅς γοργότατα πᾶν τὸ κατὰ Πάτροκλον πλατὺ πάθος ἐμπεριγράφει δυσὶν ἔπεσι, τὸν θανόντα εἰπὼν καὶ τοὺς ὑπερμαχοῦντας Ἀχαιοὺς καὶ τὸν κτείναντα, καὶ οὕτως ἱκανῶς ταχύνας τὸ κακάγγελον.* K 385 (813): *ὅτι ἐρωτήσας ἐνταῦθα παρὰ τοῦ Ὀδυσσέως πρὸς τὸν Δόλωνα γοργαὶ διὰ τὸ κατεπεῖγον τοῦ καιροῦ τοιαῦτα.* Ceteros locos ipse adeas, nisi molestum fit. Sunt enim hi Γ 103 (390), Δ 109 (451), Δ 377 (486), Z 184 (635), I 625 (779), K 186 (797), K 224 (800), K 303 (806), Λ 82 (832), Λ 104 (834), Λ 758 (875), N 316 (934), N 249 (929), Ξ 53 (968), Ξ 93 (966), O 344 (1019), O 409 (1022), Π 124 (1049), P 377 (1110), P 417 (1112), Υ 202 (1203), Υ 380 (1212), Φ 80 (1225), Ω 124 (1342), Ω 660 (1370), β 299 (1446), γ 188 (1463), γ 122 (1460), δ 72 (1483), δ 609 (1511), η 165 (1576), κ 289 (1659), λ 240 (1692), μ 35 (1706), ν 47 (1732), ν 363 (1743), ξ 446 (1767), ο 69 (1774), ο 496 (1789), π 336 (1803), υ 38 (1882), φ 329 (1911), χ 348 (1930), ψ 110 (1940).

Τὸ κατ' ὄνομα κομματικὸν Hermogenis, sc. seriem nominum habemus Π 564 (1075): *ὅτι γοργὸν καὶ εὔτακτον σχῆμα τὸ ἀμφοτέρωθεν ἐκαρτύνοντο φάλαγγες Τρῶες καὶ Λύκιοι καὶ Μυρμιδόνες καὶ Ἀχαιοί* et Λ 299 (845).

Iam sequuntur figurae, quibus per se minime oratio celeris gignitur, sed quae propriae aliarum idearum sunt, maxime pulchritudinis, gravitatis, orationis exaggeratae, quibus autem vis *γοργότητος* evinicitur, quod adhibentur *κομματικῶς*. Sic *γοργότητα* efficiunt *ἐπαναφοραί κομματικαί* E 470 (601), γ 431 (1475), γ 108 (1459), ϑ 69 (1586), ω 246 (1960), et *μερισμοί* α 111 (1398), ξ 444 (1767)[1]).

Similitudine quadam cum his coniuncti sunt loci ζ 43

[1]) Quibuscum parisa coniuncta sunt.

(1550), ubi membra particulis *οὔτε — οὔτε*, et μ 320 (1723), ubi particulis *γὰρ* et *δὲ* opposita sunt.

Has figuras iam Hermogenes notavit, quibus non contentus multas alias Eustathius addidit, quae, quia breviter adhibitae sint, pariter celeritatem creent. Qua re recte atque argute Hermogenis doctrina amplificata est. Hunc in modum inter figuras *γοργότητος* apparent *πάρισα* Θ 458 (723), K 451 (817), Ψ 673 (1323), ξ 75 (1751), *περίφρασις* K 51 (788), Λ 336 (847), O 11 (1002), Σ 45 (1132), Ω 368 (1354), *γνώμη* N 75 (922), *κεφαλαίωσις* Ξ 358 (991), Σ 394 (1149), Σ 444 (1152), *προέκθεσις* O 231 (1014), β 282 (1445), *similia* Z 389 (649), Λ 72 (832), Λ 383 (850), N 528 (945), N 755 (958), P 128 (1098), P 541 (1117), Σ 437 (1152), Σ 615 (1167), Φ 29 (1221), μ 79 (1714).

Celeritatem iuvat, si, *quod minus grave est, omittitur*. Quo fit, ut et *ἔμφασις* hoc loco occurrat, qua aut plus significamus, quam dicimus, aut ea quoque dicimus, quae tacere videmur et *ἔλλειψις*, si omnino membra quaedam enuntiati supprimimus. De utroque Hermogenes tacet; sed rursus posteriores laudandi sunt, quod scite praecepta magistri latius propagaverunt.

Primum afferam Eustathii exempla de emphasi: η 293 (1580): *ἔνθα ὅρα τὸ ὡς οὐκ ἂν ἔλποιο νεώτερον ἀντιάσαντα ἔρξειν ὡς γοργῶς φρασθὲν πολλὴν ἔννοιαν κρύπτει. ἐχρῆν μὲν γὰρ εἰπεῖν νεωτέρην ἀντιάασαν. ὁ δὲ παραβλητικῶς οἷον ἔφη ὡς οὐ μόνον κόρη νέα ἀλλ' οὐδὲ ἀνὴρ νεώτερος τοιοῦτόν τι ἔδρασεν ἄν.* Γ 46 (382): *τὸ δὲ τοιόσδε ἐὼν ἀνεκφάντως καὶ οἷον μυστικῶς λεχθὲν διὰ θυμικὴν γοργότητα πολλὴν καὶ ὡς εἰπεῖν ἄρρητον ἐμφαίνει τοῦ Πάριδος οὐθένειαν, ὥσπερ τὸ οἵου ἀνδρὸς ἔχεις παράκοιτιν, πολλὴν ἐκ τοῦ ἐναντίου ὑποδηλοῖ τοῦ Μενελάου καὶ ἀνέκφραστον περιφάνειαν.* Ψ 654: *. . . ἀλλ' οἷς τῷ νικηθέντι τὸ δέπας τεθῆναι φησὶν ἐνέφηνε γοργῶς καὶ τὸ σιωπηθέν.* ε 306 (1542): *τὸ δὲ οἳ τόδ' ὄλοντο πολὺν μὲν ἔχει νοῦν· γοργότατα δὲ εἴρηται· πότε γὰρ τότε; ὅτε πάντως Ἑλένη μὲν ἡρπάγη, Ἀχαιοὶ δὲ ἔπλευσαν, καὶ τὰ καὶ τὰ ἐγένετο. ἐν οἷς καὶ τὰ τοῦ Ἀχιλλέως πτῶμα καὶ τὰ ἐπ' αὐτῷ. αἴτιον δὲ καὶ τῆς γοργότητος ταύτης ὁ κινδυνώδης καιρὸς οὐκ ἐφιεὶς πολυλογεῖν*[1]). Λ 160 (72), N 330 (994), M 411 (911), T 110 (1175), X 73 (1257), Ψ 280 (1300), Ω 362 (1354), Φ 282 (1236), γ 261 (1466), δ 689 (1514).

Cognata emphasi est *μεταφορά* δ 678 (1513).

[1]) Quae causa celeritatis sat memorabilis ad totam explicandi rationem Eustathii cognoscendam.

Per elleipsin *γοργότης* efficitur *γ* 108 (1459): *ἔχει δὲ ὁ τόπος οὗτος καὶ γοργότητα οὐ μόνον τῇ ἐπιτομῇ τῶν ἱστοριῶν, ἀλλὰ καὶ τῇ ἐλλείψει. τὸ γὰρ κεῖται ἀπὸ κοινοῦ τρίς λαμβάνεται.* *B* 192 (200), *B* 446 (252), *E* 787 (608), *Θ* 133 (703), *I* 41 (734), *I* 47 (734), *Λ* 595 (864), *Π* 407 (1067), *Π* 699 (1082), *X* 157 (1264), *X* 236 (1268), *Ω* 68 (1339), *σ* 233 (1844).

Quod attinet ad *constructionem* verborum inprimis commendantur *οἱ πλαγιασμοί,* participia in locum verbi finiti posita, neque illa frustra apud Eustathium quaeres. Habes enim *E* 329 (543): *τρεῖς καὶ ἐνταῦθα κεῖνται ἀσύνδετοι μετοχαὶ ὡς ἐν ἰδέᾳ γοργότητος ἐν τῷ ὡς ἄρα φωνήσαντες ἐς ἅρματα ποικίλα βάντες ἐμμεμαῶτες ἐπὶ Τυδείδῃ εἶχεν ἵππους.*

Eodem loco Hermogenes verba facit de concinna brevitate, quae *συστροφή* vocatur. Quocum optime congruunt verba *Π* 699 (1082): *πάνυ δὲ συνεστραμμένως, ὃ ἐστι γοργῶς εἴρηται τὸ περὶ πρὸ γὰρ ἔγχεϊ θῦεν, ὃ ἐστι περισσῶς προώρμα τῶν ἄλλων ἐν ἔγχει προμαχόμενος καὶ ἀριστεύων καὶ οὕτω τρέπων εἰς φυγήν.*

Hermogenis praeceptum ipsum *verba brevia* adhibenda esse Eustathius non protulit, sed eum illi se accommodasse in quaestione solvenda, cui ideae singuli loci assignandi sint, demonstratur exempli gratia *N* 249 (929): *ἐπαινεῖται δὲ τὸ τοῦ Ἰδομενέως ἔπος οὐ μόνον ὡς γοργὸν ἀλλὰ κτλ.* Versus autem Homeri est:

Μηριόνη, Μόλου υἱὲ, πόδας ταχὺ, φίλταθ᾽ ἑταίρων.

Confer quoque *Ψ* 387 (1307).

Eis, quae adhuc tractavimus iam vidimus *κομματικῶς* esse quasi tesseram *γοργότητος*, quod Hermogenes paucis illis verbis comprehendit: *κῶλα μὲν τοῦ λόγου τοῦ γοργοῦ πάντως εἶναι βραχέα δεῖ.*[1]) Locis Eustathianis iam hic illic laudatis,[2]) unde idem manifestum fit, nunc iam addendi sunt *Γ* 39 (378), *Γ* 46 (381), *Z* 109 (627), *I* 69 (736), *I* 611 (788), *K* 21 (788), *X* 256 (1268), *Ω* 35 (1337), *δ* 318 (1497), *ζ* 321 (1560), *ν* 223 (1740).

Necesse est *rhythmum* non discrepare cum ceteris ideae virtutibus. Itaque praeferendi sunt in eligendis metris numeri celeres et properantes, maxime trochaei. Quos cum in carmine heroico Homerus adhibere non potuerit, expectes dactylos cumulatos eodem munere fungi: neque te spes fefellit; evolvas modo *B* 485 (261), *K* 224 (800).

---

[1]) II, 349, 3 Sp.
[2]) cf. p. 35, 36 sq.

Proxima idea ad exercendam artem oratoriam maximi momenti est. Necessarium enim est, oratori inesse facultatem convincendi auditores eorumque inflammandi animos, quam voce *ἦθος* significare solemus.[1])

Difficillimum autem est de ea virtute exponere propterea, quod Hermogenes duplex distinguit *ἦθος*, hoc quoque loco, qua solet, elegantia atque subtilitate iudicii ductus, universale et particulare. Illud hoc modo describit:[2]) *λέγω γὰρ ἦθος νῦν οὐχ ἁπλῶς τοῦτο μόνον τὸ δι᾽ ὅλου τοῦ λόγου ἀναγκαίως ἔχον ἐμφαίνεσθαι, καθαπερεὶ σώματος χρῶμα . . . ἐκεῖνο μὲν γὰρ γένοιτο ἄν, εἰ τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις οἰκείους καὶ πρέποντας τοὺς λόγους περιάπτοι τις, οἷον στρατηγοῖς, ἢ ῥήτορσιν, ἢ τοῖς ἰδίοις ὀνομασθεῖσιν ἠθικοῖς, οἷον λίχνοις ἢ δειλοῖς ἢ φιλαργύροις ἢ τοῖς τοιούτοις.* Huic opponit aliud, quod eius solius proprium est, cuius aptam definitionem invenire tantis laboribus laborat, ut ipse desperet, eius naturam accurate describere[3]) lectoremque orat, ut ipse sibi ex singulis ideae speciebus imaginem orationis moratae animo fingat.[4])

Priorem illam notionem Hermogeni esse communem cum omnibus rhetoribus, iam inde ab Aristotelis temporibus, non est, quod moneam.[5]) Praeterea voci *ἤθη* notio inest vocabuli nostri sermonis Charaktere, quo sensu sescenties in scholiis, quae exstant ad Homerum et ad tragicos, usurpatur. Hac igitur duplici ex causa in scholiis saepissime oculis perlustrantis obviam fit *ἦθος*, *ἠθικῶς*, similia, atque ex illis in Eustathium influxit *ἦθος* eadem duplici significatione. Itaque vix unoquoque loco potest

---

[1]) II, 350 sqq. Sp.
[2]) II, 350, 10; 15. Sp.
[3]) Haud male Baumgart l. l. 199 dicit: „Ich habe schon oben darauf hingewiesen, dass eine deutsche Übersetzung des Wortes nicht thunlich erscheint, und dass die Ausdrücke Individualität, Subjektivität, Persönlichkeit der Rede mir noch am ehesten den Begriff wiederzugeben scheinen, da das Gemeinsame aller der verschiedenartigen Unterabteilungen des Ethos darin besteht, dass durch den grade vorliegenden Stoff angeregt die innere persönliche Eigenart, die sittliche Natur des Redenden hervortritt und der Rede neben ihrem sachlichen Inhalt noch eine besondere Färbung verleiht“.
[4]) II, 351, 4 Sp.: *σαφέστερον δὲ καὶ τοῦτο περὶ ἑκάστης αὐτῶν λέγοντες ἐνδειξόμεθα.*
[5]) Aristarcho iam *ἦθος* et *ἠθικῶς* non ignota fuisse testantur e. g. Aristonicus ad *γ* 248 (Eustath. 1464) et Nicanor ad *Δ* 234, *Γ* 57, *Π* 725, *Σ* 101. Eustathius p. 4 et 1379 Odysseam *ἠθικωτέραν* declarans quam Iliadem Aristotelis sententiam poet. 24, 1459 b, 13 repetit, cui Hermogenem admiscet, cum adicit *ὃ ἐστιν γλυκυτέρα τε καὶ ἀφελεστέρα.*

disceptari, utrum *ἠθικῶς* ea notione usurpatum sit, quae est propria Hermogeni, an aliis illis notionibus sit adhibitum. Cum igitur nil ad nostram rem inde lucremur, *ἠθικῶς* et *ἦθος* vocum omnino nullam habui rationem, quod eo magis concessum est, quia raro Eustathius illis utitur, si de *ἤθει* particulari verba facit, cum tum praeferat sex species illas commemorare, in quas Hermogenes *ἦθος* divisit.[1])

Illae sunt *ἀφέλεια, γλυκύτης, δριμύτης, ἐπιείκεια, ἀλήθεια, βαρύτης.* Veritatem enim, quam in praefatione totius operis enumeravit inter ideas primarias in ipsa tractatione *ἤθει* supposuit, quod iam apparet ex partitione p. 350,28 et ex eo, quod *ἀλήθεια* ante *βαρύτητα,* quae certe *ἤθους* species est, tractatur. Quibus praemissis ad singula transeamus.

Atque primum de simplicitate (*ἀφέλεια*).[2]) *Sententiae* illius sunt simplices neque perpolitae, *quae omnibus hominibus communes sunt,* et quae abhorrent ab omni subtilitate, ergo inprimis sententiae hominum, qui non sunt fictis moribus, exempli gratia rusticorum, mulierum, infantium, servorum.[3])

Hanc indolem *ἀφελείας* Eustathius recte perspexit loco modo laudato p. 1379, si statuit Odysseam esse simpliciorem quam Iliadem.

Quo minime contentus multa singula praebet, quae iam perlustranda sunt. *α* 174 (1408): *ἰστέον δέ, ὅτι ἀφελὴς ἐνταῦθα καὶ ἀστεῖος ὁ τοῦ Τηλεμάχου λόγος ἐν τῷ οὐ γάρ τί σε πεζὸν ὀίομαι ἐνθάδ' ἱκέσθαι ἤγουν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς νήσῳ. σπουδαῖον δὲ ὁ λόγος ἔχει οὐδένα, ὁποῖα τὰ τοῦ σχεδιασμοῦ, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς νέοις καὶ μήπω πεπειδευμένοις λέγειν.* *δ* 24 (1480): *ὅτι βιωτικὸν καὶ ἀφελὲς τὸ διὰ θεράποντος αὐτῷ δὴ τῷ βασιλεῖ ἀγγελθῆναι τὴν τῶν ξένων ἔλευσιν.* *δ* 522 (1507):

[1]) *πρέπον* illud, quod Hermogeni est virtus *ἤθους* universalis saepe apud Eustathium deprehendimus, haud raro rediens ad Alexandrinos, quos permultos versus ab Homero abiudicasse *διὰ τὸ ἀπρεπὲς* nemini ignotum est. Attamen paucos proponam locos, qui Eustathio aptissime a poeta excogitati esse videbantur, quibus optime demonstratur, quid ille iudicaverit de arte poetae. *α* 223 (1412): *πρέπει ἐνδόξῳ νέῳ.* *η* 148 (1575): *εὐχὴ πρέπουσα εἰς ἄρχοντας.* *κ* 334 (1660): *πρέπων λόγος Ὀδυσσεῖ τῷ φιλοσόφῳ.* *λ* 533 (1698): *εἰπὼν λόγον ἐπιπρέποντα μνησικάκῳ ἀνδρί.* *φ* 131 (1903): *ἃ δὴ νέῳ εἰπεῖν πρέπει ἀγαθῷ μὲν δυστχήσαντι δὲ κατὰ πρώτην ἀγῶνος πεῖραν.* *Ξ* 121 (971): *ὡς ἔστι πρέπον τῷ βουλευτῇ.* *X* 250 (1268): *συντομία πρέπουσα τῷ ἐναγωνίως λέγοντι.* *X* 345 (1272): *πρέπον βαρβάρῳ γραῒ μητρὶ φιλοτέκνῳ.* *α* 246 (1414): *ἐμβρίθεια δικανικῷ λόγῳ πρέπουσα.* *O* 5 (1022): *πρέπον μεγέθει ποιήσεως.* *O* 159 (1010): *παραίνεσις ἀγγέλλῳ πρέπουσα.*

[2]) II, 351 sqq. Sp.; cf. p. 408.

[3]) Optime vertit Volkmann p. 562 Naivität.

τὸ δὲ κύνει ἀντὶ τοῦ ἐφίλει ἢ προσεκύνει. κατὰ ἦθος ἀφελὲς ὡς εἰ καί τις ἐξ ἀποδημίας ἐλθὼν κυνεῖ τοὺς τεκόντας. *Σ* 64 (1130): *τὸ δὲ ἀπὸ πολέμοιο μένοντα ὑποκαλεῖ ἀφελῶς κατὰ γυναικεῖον ἦθος τὸ μὴ χρῆναι πενθεῖν τὸν υἱὸν οὕτως ἐρημοῦντα καὶ μὴ δεδυκότα πολύδακρυν πόλεμον.* *Z* 412 (652): *ὅτι Ἀνδρομάχη τὰ κατὰ τοὺς οἰκείους γονεῖς διηγεῖται τῷ Ἕκτορι καὶ ταῦτα πάντως εἰδότι παρέλκον τι καὶ αὐτὴ ποιοῦσα κατὰ γυναικεῖαν ἀφέλειαν εἰς οὐδὲν κατεπεῖγον.* *ο* 379 (1784): *ὅρα δὲ καὶ ὡς ἀφελῶς ὁ Εὔμαιος οἷα δοῦλος λαλεῖ, γλυκέα φράζων, οὐ μὴν σπουδαῖά τινα. οὗπερ κἀκεῖνο ἀφελὲς, ὡς ἐρωτηθεὶς, εἰ ζῶσιν οἱ τοῦ Ὀδυσσέως τοκέες, ὁ δὲ πολὺν λόγον ἐδαπάνησεν εἰς οὐδὲν δέον.* *ξ* 172 (1756): *ἐν τούτοις δὲ σεμνολογῶν ἑαυτὸν ὁ δοῦλος προτάσσει ἀφελῶς τὸ οἰκεῖον ὄνομα τῶν δεσποτικῶν.* *N* 129 (925): *τὸ δὲ ἀναιδέος . . . ἀφελῶς καὶ οὕτω γλυκέως ὡς ἐπὶ ἐμψύχου εἴρηται καθάπον καὶ ἐπὶ σιδήρου τὸ ἀνηλεής.* *Z* 476 (655) de Astyanacte puerulo, *K* 552 (1669), *N* 267 (930), *N* 815 (961), *P* 250 (1105), *T* 315 (1186), *Φ* 65 (1224), *Φ* 106 (1225), *Φ* 160 (1230), *X* 40 (1256), *X* 431 (1278), *Ψ* 48 (1222), *Ψ* 88 (1289), *Ψ* 144 (1293), *Ψ* 409 (1308), *Ψ* 586 (1317), *Ω* 614 (1367), *β* 314 (1447), *γ* 230 (1464), *ζ* 57 (1551), *υ* 88 (1884).

Item eae sententiae sunt simplices, quibus exponuntur, *quae obviam iunt in communi vitae usu.* Si autem oratio videtur nimis trita esse, remedia tristitiae quaerere oportet, quo munere optime funguntur *εἰρωνεία, βαρύτης, σφοδρότης,* alia remedia.[1]) Huc spectant *α* 344 (1421): *ὅρα δὲ ὅτι ἀφελῶς ἡ Πηνελόπη λαλεῖ, καὶ στενοχωρεῖ τὸ τοῦ Ὀδυσσέως ἐγκώμιον καὶ σμικρύνει τὸν ἔπαινον. τί γὰρ μέγα, εἰ μόνον καθ' Ἕλλαδα καὶ μέσον Ἄργος ὁ τοσοῦτος Ὀδυσσεὺς κλεΐζεται;* *μ* 310 (1723): *μέσον δὲ τούτων κεῖται καὶ ἀφελὴς ὁ στίχος καὶ εὐτελὴς τὸ· οὓς ἔφαγε Σκύλλη γλαφυρῆς ἐκ νηὸς ἑλοῦσα.* *μ* 77 (1714): *ἀφελῶς δὲ πρόσκειται τὸ οὐ καταβαίη, ἄλλως γὰρ δῆλον ὡς ἔνθα οὐκ ἔστιν ἀναβῆναι, ἐκεῖ οὐδὲ καταβῆναι. περιττῶς γοῦν κεῖται.* *P* 81 (1096): *ἐνταῦθα δὲ κεῖται καὶ ἀφελὴς ἐκ περισσοῦ ἔννοια σχετλιαστικὴ ἀναπληροῦσα στίχον κτλ.* *N* 619 (950): *ὅτι Μενέλαος λὰξ ἐν στήθεσι βαίνων καὶ σκυλεύσας τὸν εἰρημένον Πείσανδρον λαλεῖται πρὸς τὸν ἤδη νεκρὸν ὡς ἐν ἠθοποιίᾳ κατὰ ἦθος ἀφελές.* *A* 117 (62), *Z* 429 (653), *N* 310 (933), *N* 597 (947), *Π* 617 (1078), *Σ* 12 (1134), *Σ* 273 (1142), *Φ* 184 (1230), *Σ* 116 (1137), *X* 258 (1268),

[1]) cf. II, 353, 5 Sp.: *ἐν δὲ τοῖς δημοσίοις σπάνιά γε τὰ τοιαῦτα καὶ μετά τινος παραμυθίας εἰσάγεται.*

Χ 353 (1273), Ψ 430 (1304), Ω 620 (1368), ε 97 (1525), σ 183 (1842), ω 36 (1953).

Tum simplicitati favent *exempla de bestiis vel plantis deprompta.*[1] Subicit Hermogenes ideo ἀφέλειαν cognatam esse suavitati: διὸ καὶ πλεονάζει παρὰ τοῖς ποιηταῖς.[2] Nihilo tamen minus Eustathius haud ita multis locis hanc Hermogenis sententiam suum in usum contulit. Narrationes de animalibus ornandi causa a poeta carminibus intextae simplices esse docet Ψ 403 (1308), Τ 413 (1191): τὸ δὲ θεῶν ἄριστον τὸν Ἀπόλλωνα εἰπεῖν τῇ τῶν ἵππων ἀφελείᾳ δοτέον.[3] Π 684 (1081): σημείωσαι δὲ καὶ, ὅτι ἀφελὲς ἐνταῦθα κεῖται νόημα τὸ Πάτροκλος δ' ἵπποισιν καὶ Αὐτομέδοντι κελεύσας Τρῶας καὶ Λυκίους μετεκίαθεν, ἁπλοϊκὸν γὰρ πάντως τὸ ἐπίσης κελεῦσαι τῷ ἥρωι καὶ τοῖς ἵπποις δὲ ὡς λογικοῖς. De plantis sumpta est comparatio Nausicaae cum sacra insulae Deli palma ab Ulixe instituta ζ 148 (1557).

Denique silentio praeterire nolo Ζ 467 (655), lepidam Astyanactis descriptionem, quae plane cum infantium consuetudine congruit: ὅτι πάνυ ἀφελῶς καὶ γλυκέως φράζει Ὅμηρος ὡς ἐν γραφικῷ ὄψει, ὅπως τὸν πατέρα ὁπλισμένον ἰδὼν τὸ βρέφος ὁ Ἀστυάναξ διετέθη.

Quibus expositis Hermogenes transit ad *methodum*, cuius species principalis est τὸ πλεονάζειν τοῖς κατὰ μέρος, quod fit, si singula narramus minutatim. Id p. 408 Hermogenes carminibus summae laudi tribuit,[4] rursusque debemus admirari elegans Hermogenis iudicium, nam, quae poetis virtus est, in contrarium mutatur, si ab historicis admittitur. Eustathius uno tantum loco illud artificium respexisse videtur, π 341 (1804): ὅτι τὸ λίπε ἕρκεά τε μέγαρόν τε ἀντὶ τοῦ μακρὰν γέγονε τοῦ οἴκου . ἀφελῶς δὲ τοῦτο ἐρρέθη κατὰ περίφρασιν ἀντὶ τοῦ ἀνεχώρησε; nam circumlocutione res narratae quasi in singulas partes dissolvuntur. Nisi forte hic collocas δ 141 (1481) verba Helenae, quibus ἀφέλεια vindicatur:

οὐ γάρ πώ τινά φημι ἐοικότα ὧδε ἰδέσθαι
οὔτ' ἄνδρ' οὔτε γυναῖκα, σέβας μ' ἔχει εἰσορόωσαν.

Quem locum ego malim habere in numero eorum, quorum sententia est ἀφελής. Quomodo διήγησιν κατὰ μέρος Eustathius

---

[1]) II, 354, 1 Sp : αἱ ἐν τοῖς ἐπιχειρήμασιν ἀπὸ τῶν ἀλόγων ζώων λαμβανόμεναι . . . καὶ εἰ ἀπὸ τῶν φυτῶν δέ τις ἐπιχειροίη.

[2]) II, 354, 7 Sp.

[3]) Quem locum si quis trahit ad sententias εὐτελεῖς, ego non obloquar.

[4]) Hoc loco Homerum respiciens laudat Α 317, Ε 564.

intellegi velit, qua locutione haud raro utitur, ipse aperit Α 587 (156): ὅτι πολλὰ τῶν ἱστορουμένων καὶ μυθευομένων ὁ ποιητὴς οὐκ ἐντελῶς ἐν ἑνὶ τύπῳ ἐκτίθεται ἀλλ' εὐμεθόδως τέμνει χάριν ποικιλίας καὶ διαφόροις τόποις ἐπιμερίζει τὸ ἕν, neque tamen tales narrationes simplices sunt.

Iusiurandum hoc loco consulto omitto, nam etiam Β 754 (338) et υ 339 (1894) ὅρκος ἠθικός veritatis esse videtur, cum Eustathius omnibus reliquis locis, ubi egit de iure iurando adiecerit ἐνδιαθέτως.

Mixtione ἀφελείας et κάλλους nascitur proxima idea, quae est γλυκύτης (suavitas)[1]; cf. ipsius Hermogenis verba: ἡ δὲ γλυκύτης οἷον κάλλος τὶ τῆς ἀφελείας ἐστί[2]) et ἐπηγγειλάμην δὲ ἐρεῖν τι καὶ περὶ γλυκύτητος καὶ ὥρας, ἃ δὴ ὥσπερ ἐπίτασίν τινα τῆς ἀφελείας ἐλέγομεν εἶναι[3]). Quo explicandum, quod Eustathius saepe eandem rem statuit esse fontem et simplicitatis et suavitatis. Iam vidimus Odysseam esse γλυκυτέραν τὲ καὶ ἀφελεστέραν quam Iliadem (1379). Ex nube ceterorum exemplorum satis erit hic proponere Ω 614 (1367): καὶ ὅτι τὴν μυθικὴν εἴτε ἀφέλειαν εἴτε γλυκύτητα καλοῖς ὁ ποιητὴς ἐκόσμησε σχήμασιν. Ψ 346 (1304): χαίρει διασκευαῖς γλυκαζούσαις τῇ ἀφελείᾳ. Α 437 (131), Ν 129 (925), Ν 310 (933), Ν 381 (938), Ν 597 (947), Φ 106 (1225), Χ 477 (1281), δ 609 (1511), ζ 148 (1551), μ 377 (1726), ν 228 (1740).

Talem suavitatem Hermogenes tribuit *sententiis mythicis* sermoni intextis, vel saltem narrationibus rerum, quae prope ad mythos accedunt, aut quibus aliquid inest simile fabularum. Pag. 407 dicit: μάλιστα δὲ ποιήσεως ἴδια αἵ τε μυθικαὶ ἔννοιαι πᾶσαι et exempli gratia affert τὰ Τρωικά. Apertum est huius generis apud Homerum, qui quidem ipse nihil aliud facit nisi fabulas referre pauca investigari posse exempla; cf. quae Eustathius exposuit ad μ 189 (1708) de Sirenum cantu se de bello Troiano canturas esse promittentium, ad Ξ 506 (999) de Jovis atque Iunonis coitu, ad Η 96 (668), ubi artificiosius quam rectius recurrit ad interpretanda Menelai verba Ἀχαιίδες οὐκέτ' Ἀχαιοί ad τὰς θρυλλουμένας μυθικὰς μεταμορφώσεις. Contra dicit Ξ 233 (981): ἰστέον δὲ ὡς ἐνταῦθα νῦν προσωπικῶς ῥηθὲν τὸ ὕπνε καὶ ἑξῆς, οὐκ ἔχει γλυκύτητα, ὅτι μὴ κατὰ μόνον τὸ μυθικόν · παρὰ δὲ Σοφοκλεῖ πάνυ γλυκὺ τὸ ὕπν' ὀδύνας ἀδαής, ὕπνε δ' ἀλγέων, ὡς λογικὸν γὰρ τὸν ὕπνον παρακαλεῖ τις ἐκεῖ ἐπὶ τὸν Φιλοκτήτην.

---

[1]) II, 357 sqq; 269; 407 Sp.

[2]) II, 356, 12 Sp.

[3]) ib. l. 31.

Porro suavitatem creant, *quae auribus, oculis ceteris sensibus iucunda sunt,* neque plane eximenda sunt turpia humiliaque, nam ut sunt amoena honestis honesta ita turpibus turpia.[1]) Quam doctrinam apud Eustathium ita amplificatam reperimus, ut omnia pro suavibus habeantur, quae animum delectent sive simplicitate sive illustri narrandi perspicuitate. Quod his locis probatur: *Z* 405 (650), *Z* 467 (655), ubi egit de Hectoris et Andromaches colloquio, ab omnibus propter suavitatem summis laudibus elato et *I* 525 (771), ubi de venatione Calydonia disputat.

Turpia Eustathius omnino repudiavit, non vero *ἐρωτικὰς ἐννοίας*, de quibus Hermogenes dicit: *ἐμπίπτουσι δὲ αὗται σχεδὸν ἐν ἅπασι τοῖς προειρημένοις κατ' ἔννοιαν γλυκύτητος εἴδεσι, καὶ εἰσὶν αὐτῶν ὥσπερ μέρη;*[2]) e. g. *Ξ* 161 (973): *σκόπος μὲν γὰρ αὐτῷ προηγούμενος ἐρωτικὴν ἐνταυθοῖ ἐκθέσθαι διήγησιν ὡς ἐν ἰδέᾳ γλυκύτητος.*

Tum Hermogenes tractat *laudem nostri sive nostrorum* sive rerum optime a nobis gestarum. Neque hoc alienum ab Homero esse Eustathius testatur *N* 725 (956): *καὶ οὕτω ῥητορικῶς τραχύτητά τε συνεκέρασε καὶ γλυκύτητα . . . γλυκύτητα δὲ τῷ εἰς ἐκεῖνον ἐπαίνῳ;* *Δ* 88 (53).

Plurima autem exempla praebet Eustathius ad proximum Hermogenis praeceptum, *res inanimas habere pro vivis,*[3]) quod saepissime efficitur tropo quodam e. g. prosopopoeia vel apostrophe. Iamiam habes conspectum locorum: *K* 496 (820) de somnis, *Δ* 126 (452): *ἔθος γὰρ Ὁμήρῳ κατὰ λόγον γλυκύτητος προαιρετικὴν ὁρμὴν καὶ τοῖς ἀψύχοις προσπλάττειν καὶ ψυχοῦν οἷον αὐτά. οὕτω καὶ ὀιστὸς ἐνταῦθα πέτεσθαι θέλει, καὶ ἀλλαχοῦ βέλη χροὸς ψαῦσαι φιλοτιμεῖται, καὶ Ἄρης, ὅ ἐστι σίδηρος αἵματος προθυμεῖται κορέσασθαι.* *B* 754 (336): *δέδιε γάρ πως ὁ Πηνειὸς τὴν ἀνάκρασιν, ὡς εἴπερ ἔμψυχος ἦν· ποιητικῆς δὲ καὶ τοῦτο γλυκύτητος.* *Λ* 128 (836), *Λ* 351 (849), *Λ* 391 (852), *M* 398 (911), *N* 139 (925), *N* 141 (925), *N* 290 (932), *N* 381 (938), *N* 511 (944), *N* 597 (947), *Ξ* 19 (965), *P* 366 (1110), *Σ* 166 (1130), *Φ* 363 (1241), *Ψ* 19 (1285), *Ψ* 144 (1293), *Ψ* 340 (1340), quae de telis plerumque dicta sunt.

Species huius usus singularis est, *si bestiis consuetudines et mores hominum tribuuntur,* quod Hermogenes seorsum monet, nempe quia praecipue efficax hoc genus esse videbatur.

---

[1]) Hermogenes affert exempli gratia *Ξ* 346, 349; *λ* 243.
[2]) II, 359, 22 Sp.
[3]) *τὸ τοῖς ἀπροαιρέτοις προαιρετικόν τι περιτιθέναι.*

Idem discrimen facit Eustathius *P* 426 (1112): *ὅτι γλυκύτητα ἐν λόγῳ ποιεῖ οὐ μόνον τὸ τὰ ἄψυχα ἔμψυχα δίκην ποιοῦντά τι πλάττεσθαι, ὁποῖα τὰ πολλὰ τῶν μύθων ἐν οἷς καὶ ὁ καθ' Ὅμηρον τοῦ οὐρανοῦ ἐλελιγμὸς, ὅτε Ζεὺς ἢ Ἥρα ὑποσαλευθῶσι, καὶ ὅτε δὲ θάλασσα τῷ Ποσειθῶνι διίσταται καὶ Ἰδαία ὕλη ποσὶν Ἥρας ὑποσείεται, καὶ βέλη χροὸς ἆσαι λιλαίεται, ἀλλὰ καὶ τὸ τὰ ἔμψυχα μὲν, ἄλογα δὲ ὡς προαίρεσιν ἢ φρόνησιν ἔχοντα διατίθεσθαι, καθά ποῦ ὁ Ἕκτωρ ἀφελῶς καὶ γλυκέως τοῖς ἵπποις διελέγετο ὡς εἴπερ εἶχον ἐκεῖνοι ἐπαΐειν αὐτοῦ. τοιαύτης ἰδέας καὶ ἡ τῶν Ἀχιλλέως ἵππων ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα οὐ μόνον αὐδὴ ἁπλῶς ἀλλὰ καὶ μαντεία τοῦ μέλλοντος;* *Ψ* 403 (1307): *ὅτι γλυκὺ χωρίον ἔνθα τοῖς ἵπποις ὁ Ἀντίλοχος οὐκ ὀλίγα καθάπου ὁ Ἕκτωρ ἀλλὰ πολλὰ λαλεῖ, ἐπιτάσσων, κολακεύων, συμβουλευόμενος, ἀπειλούμενος, ὡς εἴπερ ἦσαν λογικοί.* *Θ* 127 (703), *K* 360 (811), *K* 486 (820), *Λ* 296 (845), *P* 427 (1113), *Σ* 585 (1165), *Ψ* 403 (1308), *ρ* 290 (1820).

Methodum γλυκύτητος Hermogenes eandem esse vult atque *καθαρότητος* et *ἀφελείας*.

Quod *elocutionem* attinet commendat dialectum Ionicam, quae proxima sit sermoni carminum. Orationi solutae versus inserendi sunt, apte tamen et eleganter conexi cum reliquo sermone, quae Eustathius ad explicandum poetam conferre prorsus non potuit.

Aliter sese res habet, si adimus verba Hermogenis: *γλυκεῖα γὰρ λέξις καὶ ἡ διὰ τῶν ἐπιθέτων ὀνομάτων, οἷον· ἄγετε δὴ ὦ Μοῦσαι λίγειαι,*[1]) qua virtute carminum propria Homeri poemata praeter cetera insignita sunt. Quare non mirum, quod Eustathius *Δ* 135 (454) animadvertit: *σημειωτέον δὲ καὶ ὅτι πάντα τὰ τοῦ χωρίου τούτου συχνοῖς ἐπιθέτοις κοσμεῖ κατὰ ἰδέαν γλυκύτητος.*

Propriae *figurae* desunt suavitati, utitur puritatis et simplicitatis figuris nec non pulchritudinis, quae quidem aptissimae sunt, quia suavitas composita est ex simplicitate et pulchritudine. Ex multitudine illarum figurarum Eustathius commemorat *πάρισα* *K* 254 (802), *Ξ* 373 (992), *O* 162 (1010), *Ψ* 392 (1307), *Ω* 614 (1367), *I* 540 (774), *ὁμοιοτέλευτον* *M* 188 (899), *I* 540 (774), *κύκλον* *Λ* 269 (843), *παρήχησιν* *P* 175 (1101), *X* 57 (1256), *Π* 434 (689), *ἐπαναφοράν* *ν* 228 (1746),[2]) *Φ* 590 (1352), *τὸ κατὰ μέρος διηγήσασθαι* *P* 384 (1110),

---

[1]) II, 364, 10 Sp.
[2]) Qui locus optime demonstrat suavitatis naturam, nam elocutioni *κάλλος*, sententiae *ἀφέλεια* inest.

ἀντίθεσιν Ψ 704 (1325), περίφρασιν Χ 257 (1268), *simile* P 55 (1095).

Restant pauca, quibus Eustathius ab Hermogenis disciplina discedere videtur, quae tamen, minime evertere possunt, quae supra statuimus nempe illum plane Hermogenis premere vestigia. Partim enim habent magnam affinitatem illi loci cum simplicitati, quae quidem pars est suavitatis, partim hic quoque statuendum paulisper a posterioribus suavitatis provinciam esse amplificatam. Sunt autem hi: Μ 29 (890): ἔχει δέ τι γλυκύτητος καὶ τὸ ἐπαγόμενον τὸ ἃ θέσαν μογέοντες Ἀχαιοί. ἵνα λέγῃ ὅτι ἐφ᾽ οἷς ἐπόνησαν Ἀχαιοὶ ὁ Ποσειδῶν ἀναμοχλεύων ἔχαιρεν. Ξ 83 (968): τὸ δὲ ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἔχει τι νῦν πλεῖον τοῦ συνήθους γλυκὺ καὶ ἀστεῖον ἐν τῷ φύγεν· οἱονεὶ γάρ φησιν, ὡς ἡμεῖς μὲν οὐκ ἄν, ὡς σὺ βούλει, φύγοιμεν, σοῦ δὲ ἐξέφυγε λόγος οὐ χρηστός, ὃν ἐχρῆν ἔνδον καθεῖρχθαι ἀπρόιτον. χ 21 (1917): καὶ ὅρα φράσιν ταύτην ἀπόζουσαν τῆς ἐν Ἰλιάδι γλυκύτητος τῆς κατὰ ἐμβρίθειαν καὶ νοήματος καὶ φράσεως. Ω 24 (1337): καὶ ἔτι γλυκυτέραν διὰ τὸ τῆς ποιητικῆς ἐνταῦθα ῥητορείας πολυειδές κτλ. Υ 27 (1193): τὸ δὲ ποδώκεα Πηλείωνα περιττῶς κεῖται . . . Ὅμηρος δὲ γλυκαζόμενος τῇ τοῦ Ἀχιλλέως προφορᾷ διασσεύει αὐτόν, καὶ ἀντὶ ἀντωνυμίας τὸ ἐκείνου ἡδέως προφέρει ὄνομα.

Plane idem atque γλυκύτης significat apud Hermogenem ἀβρότης;[1]) ergo hoc loco proferendi sunt ei loci, ubi Eustathius illud verbum admittit. Voci ἁβρός hic illic occurris, ubi egit de figura παρισώσεως e. g. Ψ 673 (1323), quod optime convenit cum Hermogene, qui hanc κάλλους figuram egregie cum ἁβρότητι consentire dicit.[2]) Ο 643 (1035) poetam Eustathius ἐν σκυθρωποῖς ἁβρῶς λαλεῖν statuit, ubi πάρισα sententiam tristem et gravem quasi exhilarent.[3]) Vividam descriptionem ἁβρὸν dicit τ 218 (1862); item clipei fabricationem Σ 481 (1154).

Suavitate absoluta aggrediamur eam ideam, quam Eustathius declarat esse ἐπίτασιν γλυκύτητος, **acrimoniam** (δριμύτητα sive ὀξύτητα).[4]) Γ 446 (433): ὁ δὲ γλυκὺς ἵμερος εἴη ἂν καὶ δριμὺς κατὰ πολυωνυμίαν ῥητόρων, παρ᾽ οἷς ἡ δριμύτης ἐπίτασίς ἐστιν γλυκύτητος. Δ 271 (844): ἰστέον δὲ καὶ ὡς οἱ μεθ᾽

[1]) II, 368, 28 Sp.

[2]) II, 369, 3 Sp.: παρισῶμέν τε, sc. ad efficiendam ἁβρότητα, τοῖς σχήμασιν ἢ τοῖς κώλοις.

[3]) cf. p. 32.

[4]) Hermog. II, 365 sqq. Sp. Hanc ideam et proximam ἐπιείκειαν gnorat Aristides; cf. Baumgart, p. 206; 210.

Ὅμηρον ῥήτορες τὸ δριμὺ μετεσκεύασαν εἰς ἡδύ τι, ἐννοίας δριμείας λέγοντες, ἐν αἷς γλυκύτης ἐπιτείνεται καὶ λέξεις δὲ δριμείας ὁμοίως.

Principalis illius ideae virtus est *sententias acuminis plenas leviter pronuntiare,*[1]) de quibus Hermogenes obiter iam egit in capite, quod est de simplicitate. Haud male scholiasta acrem dictionem declarat ἐμφαντικὴν καὶ μεταφορικήν, neque Eustathius plerisque locis aliud illa voce significare videtur, quod mihi concedes evolvens Β 337 (233), Β 353 (236), Η 96 (668), Ι 106 (738), Ι 235 (749), Ν 95 (923), Π 789 (1087), Ξ 109 (970), Χ 349 (1273), Ω 263 (1348), Ω 297 (1348), Ω 561 (1365), ϑ 186 (1591), χ 232 (1925).[2])

De variis autem praeceptis, quae Hermogenes praescripsit, ut fieret acrimonia, unum tantum Eustathius in commentarium recepit ad Ψ 585 (1317): τὸ δὲ πεδῆσαι δριμέως εἴρηται. τὸ γὰρ κωλῦσαι τοῦ δρόμου πεδῆσαί φησιν ὁ βασιλεύς, αὐξάνων τὰ τοῦ νεανίσκου ἀδίκημα, quocum comparandum Hermogenis dictum:[3]) κυρίως μὲν οὖν ἔννοιαν σημαίνει λέξις οὐ κυρίως ἐκείνης οὖσα ἡ τοιαύτη. Adhibet enim eo loco Homerus vocem πεδῆσαι *notione raro admissa neque ei propria.*

Itaque properandum ad ἐπιείκειαν (moderationem sive aequanimitatem),[4]) eodem modo ab Eustathio paene prorsus silentio oppressam. Cernitur, *cum nos nostraque extenuamus.* Huc pertinet *ea, quae certa sunt, dubitatione et moderatione quadam inducere,* ut fit Μ 228 (900), ν 154 (1737). Optime hoc genus illustrant ϑ 214 (1592): σημείωσαι δέ, ὅτι τὸ μὲν οὐ κακός εἰμι μετρίως εἶπε καὶ ἐπιεικῶς Ὀδυσσεὺς δυνάμενος εἰπεῖν ὡς πάνυ δεξιῶς ἔχω, ἵνα εἴη τὸ οὐ πάνυ κακὸς οὐ μόνον κακίας ἀπόφασις ἀλλὰ καὶ ἀντὶ τοῦ λίαν δέξιος ἢ ἀνδρεῖος. Ψ 586 (1307), ubi Antilochus concedit Menelaum se esse multo praestantiorem, Α 31 (31): σημείωσαι δὲ ὡς ἐν τῷ τόπῳ σφοδρᾶς ἐννοίας ἐπιεικῶς ὁ βασιλεὺς μεθόδευσεν· ἀντὶ γὰρ τοῦ εἰπεῖν· μή σε οὐδὲ ὁ θεὸς ὠφελήσῃ καὶ μή σε βλάψω δεινῶς ἄλλα εἶπεν, ὡς δηλοῖ ἡ ποιητικὴ φραστική.

Deinde aequanimitatis est, *si nos adnumeramus multitudini,* quod fit Γ 52 (379), ubi Hector Paridem increpat, stans

[1]) II, 365, 6 Sp.: ὅτι εἰσὶν αἱ ἐξ ἐπιβολῆς βαθεῖαι. Paene idem Eustathius p. 1379: τοῦτο γάρ ἐστιν ὀξύτης ῥητορική, νοημάτων βαθύτης ἐν ἐπιπολαζούσῃ ἁπλότητι.

[2]) Ubi vocem ἔμφασις ipse addidit.

[2]) II, 365, 31 Sp.

[4]) II, 369 sqq. Sp.

a partibus Troianorum, porro, *si provocamus ad communem usum* *I* 33 (733), quocum coniungas *K* 114 (793).

Praeterea Eustathius detexit colorem moderationis *A* 25 (31), *Δ* 418 (491), *N* 269 (930).

Maiorem fructum capiemus, si conabimur ex Eustathio restituere, quae Hermogenes docuerit de veritate (*ἀλήθεια*).[1] Quod caput Hermogenes incipiens tribus utitur vocibus plane eodem sensu: *ὁ ἐνδιάθετος καὶ ἀληθὴς καὶ οἷον ἔμψυχος λόγος.* Aeque inter *ἐνδιάθετος, ἀληθής, ἔμψυχος* apud Eustathium nullum discrimen est, adamavit tamen usurpare *ἐνδιαθέτως.*[2])

Sententiae veritatis speciem prae se ferentes sunt primum *ἔννοιαι σχετλιαστικαί,* quibus vel indignatio vel querela exclamatione exprimitur. Unde sequitur, ut *N* 233 (929) et *P* 19 (1092) recte Eustathius veritati vindicaverit.[3])

Quas ex natura rei excipiunt *exsecrationes* *δ* 648 (1513), *ρ* 494 (1829), *Z* 281 (642), *X* 40 (1256) et *precationes*, quo transimus ad methodum, *Π* 21 (1042), *P* 640 (1121), *Σ* 272 (1142), *Ω* 465 (1359). Sed optime hic monet Hermogenes: *τὸ μὴ προλέγειν μηθ᾽ ὡς ὄμνυσί τις, ἀλλ᾽ ἁπλῶς οἷον ἐμπίπτειν εἰς τὸν ὅρκον, μηθ᾽ ὡς εὔξεταί τις ἀλλ᾽ ἁπλῶς παραπεσὸν εὔχεσθαι.*[4]) Oratori ergo id agendum est, ut videantur omnia illa vertitatis praesidia ex ipso dicentis animo hoc ipso momento gravitate rei incitati quasi profluere. Quam fictionem Homerum in legentium animis optime excitare posse nemo infitiabitur.

Quanti autem Hermogenes illud praeceptum ad efficiendam veritatem aestimaverit, manifestum fit ex eis, quae iam sequuntur:[5]) *ἁπλῶς τε ὅπερ ἔφην κἀν τοῖς προειρημένοις, αὕτη μία μέθοδος λόγου τοῦ μέλλοντος ὡς ἀληθῶς ἐμψύχου φανεῖσθαι τὸ μὴ προλέγειν μὲν ὡς ἔχει τι πάθος ἐν τῇ ψυχῇ, οἷον θαῦμα ἢ φόβον ἢ ὀργὴν ἢ λύπην ἢ ἔλεον, ἢ πεποίθησιν ἢ ἀπιστίαν ἢ ἀγανάκτησιν ἢ τί τῶν τοιούτων, πεποιθότως γε μὴν προάγειν τὸν λόγον, ὡς ἂν ὁ καιρὸς ἀπαιτῇ, οἷον μετ᾽ ὀργῆς ἢ θαυμασμοῦ ἢ τινος τῶν προειρημένων.* Addiscimus igitur *affectus* huic ideae optime esse convenientes, admirationem, metum, iram, luctum, misericordiam, fiduciam, similes. Quorum ex numero Eustathius exemplis ex Homero petitis probavit admirationem

[1]) II, 375 sqq. Sp.

[2]) Aristides quoque multa profert, de quibus hoc loco Hermogenes disserit, sed variis locis dispersa. Ipsam vocem *ἀλήθεια* non habet; cf. Baumgart, 211 sqq.

[3]) Subtile illud sed elegans discrimen Hermogenis inter sententiam et methodum exclamationis hoc loco omittere possumus.

[4]) II, 377, 9 Sp.

[5]) II, 378, 3 Sp.

Θ 273 (712), *Φ* 211 (1233), *δ* 141 (1489), *δ* 240 (1494), *ω* 321 (1963), iram *Γ* 39 (378), *δ* 685 (1514), misericordiam *Ω* 465 (1359), *λ* 547 (1698), *ν* 98 (1734), affectus in universum *Z* 429 (652), *Φ* 106 (1225).

Occupationem (*συγχώρησιν*) hoc loco Hermogenes a disserendo excludit eamque relegat ad tractationem *μεθόδου δεινότητος,* in quibus verbis tamen continetur concessio, illa quoque veritatem augeri. Suo igitur iure Eustathius contendere potuit ad *ν* 242

ἦ τοι μὲν τρηχεῖα καὶ οὐχ ἱππήλατός ἐστιν,
οὐδὲ λίην λυπρή κτλ.

(1740): *ἐμφαίνει γὰρ τοι ῥητορικώτερον, ὡς, εἴγε μὴ ἐπικρύπτει τὰ ψογερὰ τῆς νήσου, ἀληθεύοι ἂν καὶ ἐπὶ τοῖς κατ᾽ ἐκείνην ἀγαθοῖς.*

Asyndeton quoque methodo proprium est, sed tunc tantum, si orator sermonem continuatum interrumpens quasi respondens adversario nova enuntiata incipit. Additamentum illud Hermogenis gravissimum minime anxie Eustathius respexit in eligendis testimoniis Homericis, ut ostendunt exempla, quae sunt *I* 158 (743), *I* 318 (752), *K* 246 (801), *Φ* 211 (1233), *τ* 71 (1855), *χ* 12 (1916).

Asyndeton excipiunt *obtrectationes*, unde profectus vehementiam veritati favere Eustathius affirmat *Γ* 39 (378), quocum conferas *Ψ* 672 (1323): *καὶ ἀπειλούμενος εὐμεθόδως καὶ πρὸς ἀλήθειαν τῷ ἀντιπάλῳ φησίν κτλ.* (sequuntur versus poetae).

Σχήματα ἀληθείας ab Eustathio commemorata sunt *ἀποστροφαί, διαπορήσεις* (dubitationes), *ἐπικρίσεις ἐνδοιαστικαί.*

Ἀποστροφαί igitur *Ω* 741 (1373): *ὅρα δὲ καὶ τὸ πένθος ἔθηκας Ἕκτορ. ἐνήλλαξε γὰρ ἀνελπίστως τὸν λόγον ἀπὸ τρίτου προσώπου εἰς δεύτερον κατὰ σχῆμα ἐνδιαθέτου ἀποστροφῆς, ἵνα καταλήξῃ ὁμοίως τῇ ἀρχῇ κλητικῶς ἐκτεθείσῃ τῇ ἆνερ, ἀπ᾽ αἰῶνος ὄλεο.* *X* 2 (1192): *ὅτι ἐνδιαθέτως ὁ ποιητὴς ἐνταῦθα τὸν λόγον ἀποστρέψας πρὸς Ἀχιλλέα ὡς προσφωνεῖσθαι ὑπὸ τῆς Μούσης ἄξιόν φησιν κτλ.* *Y* 151 (1201): *ἰστέον δὲ καὶ ὡς δύο προσώπων ἐνταῦθα προκειμένων μεγάλων, Φοίβου τε καὶ Ἄρεος τὸν ἕνα μὲν φιλῶν προσφωνεῖ ἐν σχήματι ἀποστροφῆς ὁ μουσικὸς ποιητὴς καὶ φιλῳδὸς ὡς μουσηγέτην καὶ ᾠδικόν, τὸν δὲ λοιπὸν οὐ προσφθέγγεται . . . καὶ ἡ μουσικὴ δὲ Μοῦσα καλῶς ἂν ἐνδιαθέτῳ λόγῳ προσφωνοίη τὸν μουσηγέτην Ἀπόλλωνα, ὃν καὶ αὐτὴ ἀμείβεται ὀπὶ καλῇ ᾄδοντα. αὐτῷ μὲν γὰρ οἰκείως ἔχει, πρὸς δὲ τὸν Ἄρην οὐδὲν αὐτῇ*

μετόν.[1]) *N* 620 (950). Similes sunt interrogationes; cf. *Σ* 429 (1152), *α* 65 (1392): *ἐκεῖνο δὲ ἰδέας ἀληθοῦς διὰ τὸ τῆς ἐρωτήσεως ἀναντίρρητον.*

Dubitatio invenitur *φ* 193 (1906); *ἐπίκρισις* latet sub *λ* 548 (1698): *ὅς καὶ δυσχεραίνων ἐπὶ τῷ φόνῳ τοῦ ἥρωός φησιν ἐνδιαθέτως ὥς δὴ μὴ ὄφελον νικᾶν τοιῷδ' ἐπ' ἀέθλῳ, ὃ δὴ ἔστι λέγεσθαι, ὅτε τις νικήσει, ἐφ' οἷς οὐ χρή.*

In explicatione eius figurae, quam vocat *τὸν ἀπόλυτον καλούμενον μερισμόν,*[2]) qua quis enuntiatum particula *μέν* introductum quidem pronuntiat, apodosin autem supprimit, demonstrat Hermogenes vim illius figurae positam esse in emphasi; ergo *emphasis* quoque causa *ἀληθείας,* quo nisus etiam Eustathius emphasin inter figuras veritatis recepit *ψ* 203 (1944), *Σ* 268 (1142), item *ξ* 279 (1763), *Λ* 659 (876), *Σ* 26 (1129), *T* 21 (1169).

Y 370 (1211) *ἐπανάληψιν* Eustathius addit. Sed si legis verba: *φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ ἐνταῦθα, ὅτι ἀγκύλον τὸ νόημα καὶ ὅτι ἐνδιάθετος ἐπανάληψις,* videbis emphasin latere sub illa figura. Cur similem epanalepsin *Ψ* 641 (1321) veritati tribuerit, ipse causam non occultat dicens: *ἐνδιαθέτως δὲ ἡ τοιαύτη ἐπανάληψις καὶ ἐνταῦθα κατὰ θαῦμά τε καὶ πρὸς ἀλήθειαν.*

Venimus nunc ad ultimam orationis moratae ideam, ad **gravitatem** (*βαρύτητα*),[3]) qui in uno maxime cernitur, quod primis statim verbis Hermogenes sic exprimit: *ἡ βαρύτης ἐννοίας μὲν ἔχει τὰς ὀνειδιστικὰς ἁπάσας.* Quod si accuratius contemplamur, gravitas fit e. g., cum orator iniuria immerito se affectum esse queritur, vel cum meritis suis fortuna respondere non videtur, vel cum secus atque aequum est homines de nobis iudicant, vel cum fallimur opinione de amicis habita. Atque cum haud raro talia Homerus depingat, consentaneum est, Eustathio haud raro occasionem datam esse illam gravitatem eius verbis vindicandi. Quo spectant *Α* 146 (68), *Α* 299 (107), *B* 243 (212), *E* 203 (564), *Z* 385 (649), *Z* 429 (653), *I* 346 (755), *M* 162 (897), *N* 38 (938), *Ξ* 82 (968), *I* 625 (799), *Π* 92 (1047), *P* 19 (1092), *Λ* 540 (854), *Σ* 249 (1152), *Σ* 356 (1147), *T* 207 (1180), *Σ* 300 (1143), *Φ* 184 (1230), *X* 41 (1256), *Ω* 560 (1365), *α* 61 (1391), *α* 267 (1415), *γ* 161 (1462), *ε* 9 (1520), *ε* 445 (1545), *υ* 315 (1893), *φ* 192 (1230).[4])

---

1) Quem locum exscripsi propter mirum colorem, quem prae se fert.

2) Baumgart p. 214 coniecit eam inventam esse ab Hermogene.

3) II, 384 sqq. Sp.

4) *Λ* 249 (842) vel actioni gravitas inesse dicitur: *καὶ ἔχει ἀστεϊσμόν τε καὶ βαρύτητα ἡρωικὴν ἡ πρᾶξις αὕτη,* sc. trucidatio Coontis.

Methodus una *ironia* gravitatis propria est, qua via Eustathius poetam indignationem moventem facit *ξ* 402 (1765), *Α* 146 (68), *B* 340 (234), *Α* 111 (60), *Π* 622 (1078), *I* 340 (755). Irrisio autem et ludibrium tam arte cohaerent cum ironia, ut aliud ab alio plerumque vix possis discernere. Quam difficultatem Eustathius *Ξ* 454 (997), evitare studet, cum dicit: *ὅτι καὶ ἐν τοῖς παροῦσιν ὁ ποιητὴς χρᾶται σαρκασμοῖς τουτέστι δακνηραῖς εἰρωνείαις καὶ βαρύτησιν.* Praeterea enumerandi sunt *K* 401 (814), *Σ* 281 (1142), *Φ* 124 (1227).[1])

Quas Hermogenes praeterea profert figuras gravitatis, omnes ex ironia derivatae sunt, sic *si res certae pro incertis proferuntur.*[2]) Quem conexum rerum Eustathius optime explanat *Ξ* 475 (997): *ἐπισημαινόμενος ὁ ποιητής, ὅτι ἐν εἰρωνείᾳ καὶ βαρέως ὁ Αἴας ἐνδοιάζει, ἐφ' οἷς ἀκριβῶς οἶδε, φησίν κτλ.* Aliud eiusdem usus exemplum praebet *T* 96 (1174): *τὸ δὲ ὂν ἄριστον φάσιν εἶναι οὐκ ἔστιν ἐνδοιάζοντος λόγος. περὶ Διὸς γὰρ τοῦτο λέγει, ἀλλὰ βαρυνομένου καὶ οὕτω σχηματιζομένου τὸν διστάζοντα.*

Singularia quaedam ab Hermogene silentio praetermissa Eustathius hac quoque occasione habet, quae tamen minime sententiis Hermogenis repugnant, quippe qui leviora uno alterove loco a scriptore quodam usurpata unum in corpus redigere neque voluit neque potuit. Nam certe indignationis est usus pronominis pro ipso nomine *π* 350 (1805), *ἀναφορά* *ξ* 61 (1750), delectus verborum *Σ* 324 (1145),[3]) *θαῦμα μετὰ βαρύτητος* *δ* 642 (1512).

Neque de numeris aptis Hermogenes aliquid praecipit, tamen ex natura rei esse videtur homines iniuria quadam excitatos *κομματικῶς* ea, quae dicturi sunt, effundere, quod Eustathius ad *E* 403 (564) enucleavit.

Quibus absolutis ultima idea restat, rectus usus aliarum omnium, quo efficitur <u>*δεινότης,*</u> vis et virtus dicendi illa,[4]) quae omnibus oratoribus appetenda est.[5]) Apparet illam vim maxime

---

1) Ceterum gravitatem illam ludibrio quoque tolli posse haud spernenda observatio est *α* 62 (1392): *σημείωσαι, ὅτι τὸ δηλωθὲν βαρὺ τῆς Ἀθηνᾶς ἦθος ἐν τῷ τί οἱ τόσσον ὠδύσσαο ἀμείβεται ὁ Ζεὺς διὰ τοῦ ῥηθέντος σκώμματος εὐφυῶς.*

2) II, 387, 27 Sp: *τὸ ἐνδοιάζειν περὶ τῶν ὁμολογουμένων.*

3) *ὢ πόποι, ἦ ῥ' ἄλιον ἔπος ἔκβαλον ἤματι κείνῳ.*

4) II, 388 sqq. Sp.

5) Ut in disputatione *περὶ ἤθους* hic quoque non omnes Eustathii loci, ubi *δεινός* et *δεινότης* legitur, in examen vocandi sunt. Nam et notissimum est iam antiquissimis ex temporibus vocem *δεινός* in usu fuisse ad significandum summum oratorem, et haud raro *δεινός* nil aliud est quam peritus alicuius rei, e. g. *δ* 536 (1507).

in eo positam esse, quod orator suo tempore adhibere unamquemque ideam omnibusque artis oratoriae artificiis commode eleganterque uti possit.[1]) Plurimi interest Ulixem Homericum praeter Demosthenem, quem illa virtute omnibus oratoribus excellere consentaneum est secundum iudicium omnium veterum, Hermogeni esse locupletem et satis idoneum testem huius facultatis semper verba facere *εἰς δέον* et *κατὰ καιρόν*.[2]) Porro minime negligendum vel pronuntiationem rectam ad efficiendam *δεινότητα* maximi momenti esse, quamquam Hermogenes ei sententiae repugnare videtur, quia minime sufficit ad assequendam veram *δεινότητα*.

Quae cum ita sint, nemo mirabitur, quod hac de idea fieri non potest, ut tam accurate atque diligenter quam de ceteris certae leges constituantur, quibus cognoscatur. Itaque Hermogenes quoque satis habet in universum magis de indole atque natura *δεινότητος* disputare quam singula praecepta dare. Ergo etiam hoc loco multo difficilius erit demonstare Eustathium Hermogenem secutum esse, cum fere omnes loci aliqua ex parte egregie compositi *δεινότητος* laude ornari liceat. Nihilo tamen minus apparebit hic quoque idem conexus inter Hermogenem et Eustathium, quem adhuc statuimus.

Sed cum eis, quae modo contendimus non consentire videtur, quod Eustathius multis locis *δεινότητα* in eo posuit, quod, *quae sequuntur, optime praeparantur.* Qua de re Hermogenes prorsus silere videtur, contra Aristides fere solum hoc in artificio vim *δεινότητος* vidit.[3]) Quibus ex angustiis nos Baumgart liberat, qui recte monet,[4]) initio totius paragraphi Hermogenem iam totam Aristidis doctrinam paucis verbis absolvisse, cum dicit[5]): *ἐννοίαις προκαταρκτικαῖς χρῆσθαι.* Fluxerunt igitur etiam loci iam laudandi ex Hermogenis non ex Aristidis disciplina. Sunt autem hi: *ϑ* 232 (1609): *ἰστέον δὲ ὅτι δεινῶς τῷ ποιητῇ πέπλασται τά τε κατὰ τὸν δούρειον ἵππον καὶ ἀκολούθως ὁ τοῦ Ὀδυσσέως πολὺς κλαυθμὸς, ἵνα ἐρωτηθεὶς τί τὸ τοῦ κλαίειν οὕτως αἴτιον καὶ γνωσθεὶς πολυπραμονηθῇ καὶ ἀναγκαίως ἐξείπῃ τὰ κατ᾽ ἑαυτόν.* *Z* 212 (638): *ταῦτα δὲ δεινῶς ὁ Διομήδης καὶ δεξιώτατα προεκτίθεται, ἵνα εὐλόγως*

[1]) II, 388, 25 sq. Sp.
[2]) II, 390 sqq. Qua in parte disputationis laudantur *Ἀλκίνου ἀπόλογοι, Γ* 221, 222; *ϑ* 170, 172; *ι* 5, *Μ* 262.
[3]) II, 497, 5 Sp: *δεινότης δέ ἐστιν, ὅταν τις πόρρωθεν χρήσιμόν τι ἑαυτῷ προδιοικῆται.*
[4]) l. l. p. 219.
[5]) II, 389, 1 Sp.

καὶ αὐτὸς τὴν τῶν ὅπλων ζητήσῃ ἄμειψιν, ὡς ῥηθήσεται, καὶ δοκιμάσῃ τὸν Γλαῦκον, εἰ μὴ ἐθέλει τὴν τῶν πατέρων αἰσχύνειν ἀρετήν. *Π* 543 (1074): *σημείωσαι δὲ τὸ ὑπὸ Πατρόκλῳ δάμασε, δεινότητος ὂν Ὁμηρικῆς, δι᾽ ἧς ἤδη ἄρχεται διοικονομεῖσθαι τήν τε τοῦ Πατρόκλου πτῶσιν καὶ τὴν τοῦ Ἀχιλλέως ἔξοδον εἰς μάχην.* *α* 89 (1393), *δ* 391 (1501), *ν* 190 (1738), *π* 134 (1796), *μ* 37 (1706), *π* 31 (1793), *ε* 81 (1524), *ο* 36 (1772), *Η* 28 (662), *Ρ* 194 (1101), *Σ* 278 (1142), *Υ* 138 (1200).

Crebro Eustathius vocem *δεινότητος* usurpat, ut laudet, *quanta arte* sollertiaque Homerus argumentum carminis disposuerit, id quod Graeci *οἰκονομίαν* vocant. Sufficiat numeros exscribere: *μ* 333 (1724), *σ* 269 (1846), *τ* 157 (1858), *τ* 384 (1869), *Η* 17 (662), *Π* 791 (1087), *ε* 118 (1526), *β* 263 (1440), *Κ* 547 (823), *Υ* 104 (1199).[1])

Quasi contrarium *προεκθέσεως δεινόν* est *Z* 412 (652): *σημείωσαι ὅτι καὶ ταῦτα δεινῶς μεθοδεύει ὁ ποιητής, ἵνα, εἰ καὶ ἀπὸ τῶν τελευταίων τῆς μάχης ἤρξατο, μηδὲ τῶν παλαιοτέρων ἔργων τῶν ἀξίων λόγου παραλείψῃ μηδέν.*

Acutum et elegans discrimen trium generum *δεινότητος*, (aut enim oratio *δεινή* et est et videtur, aut est non tamen videtur, aut videtur nec est) missum faciamus, cum ex illo nil lucramur ad id, quod nobis proposuimus. Nam necessitate quadam Eustathius persuasum habebat eum poetam, quem sibi ad interpretandum elegit, ut esset princeps poetarum, genuina dicendi facultate et virtute ceteros omnes longe superare.

Δεινότητα ortam ex omnium vel potius ex quarundam *idearum iusta mixtione* cognoscimus ex *ζ* 148 (1557), ubi *γλυκύτης* et *ἀφέλεια*, *Π* 31 (1043), ubi vehementia, veritas, asperitas, aequanimitas coniunctae sunt. *χ* 232 (1925) sola *δριμύτης δεινότητα* effecit.

Aliis locis *δεινότης* in eo cernitur, quod proprius ideae sensus paulo deflectitur aliam in partem, ne sermonis color pugnet cum eis, quae narrantur. Sic intelligendum *ε* 215 (1530): *καὶ ὅρα τὴν διὰ παντὸς τοῦ λόγου δεινότητα· τὸ τραχύ τε γὰρ τοῦ λόγου ἐλέανε ζητήσας ὡς ἐρρέθη συγγνώμην, καὶ τῷ καταρκτικῷ ἐπιθέτῳ ἐκολάκευσε πότνιαν θεάν προσειπὼν τὴν Καλυψώ, καὶ τῇ συντόμῳ συγκρίσει ἐταπείνωσε τὴν Πηνελόπην.*

Opportune prolata secundum Hermogenem *δεινά* esse vidimus. Quod respiciens Eustathius multis locis, ubi poeta ipse

[1]) cf. praeterea ad *Α* 1 (7): *ἅμα δὲ καὶ* (sc. *ἐμεθόδευσε τοῦτο*) *διὰ τὸ δεινότερον, τουτέστιν οἰκονομικώτερον.*

vel homines, quos loquentes inducit, artem suam scite occasionibus accommodaverunt, *δεινότητα* addixit, e. g. *σ* 234 (1844), *Α* 111 (61), *Α* 397 (122), *Ψ* 611 (1318), *Ι* 476 (765), *Λ* 765 (883), *Σ* 410 (1152), *Τ* 167 (1178), *Ψ* 547 (1315), *ω* 421 (1965), *τ* 383 (1869), *Ι* 356 (755), *Ι* 372 (756), *Σ* 285 (1143).

Iam delapsi sumus ad *singula*, de quibus ex causis supra prolatis non eodem modo atque solebamus licet comparationem instituere cum Hermogenis arte. Sed ne quis quid desideraret, ea omittere nolui, neque deerunt sententiae, quae ab Hermogenianis non longe absunt. Sic variandi poetae studio laus *δεινότητος* tribuitur *λ* 240 (1692), *Ψ* 206 (1296). Porro *δεινότης* inest versibus *ε* 299 sqq. (1537) propter egregiam tempestatis descriptionem, *Υ* 2 (1192), *Μ* 200 (899) *τῷ διαλεκτικῷ μέρει*, quocum conferas Hermogenis *ἐννοίας βαθείας*, eisdem sententiis diversis locis contrario sensu adhibitis *Π* 31 (1043), *τῷ εὐπλάστῳ* *ζ* 141 (1555), dispositioni argumentorum *Τ* 220 (1181). Accedit *Π* 435 (1069), quod poeta evitaverit minus decora depingere et *Π* 259 (1058), quod exornet heroes similibus magnificentissimis petitis ex rebus vilissimis

Denique proponam peculiarem quandam Eustathii opinionem. Vult enim, ut saepissime solet, quae de deis narrata sunt, allegorice interpretans *Π* 656 (1080), *Λ* 539 (506), *α* 89 (1393), *ν* 190 (1738) *Minervam vel Musas esse* nil aliud quam *μέθοδον δεινότητος*, quam secutus poeta suum composuerit carmen.

Iam absolutum opus esset, nisi *Musarum invocationes* ducerent ad Hermogenis praeceptum de methodo, quae sola carminibus propria sit:[1]) *μέθοδος δ' αὖ ποιήσεως ἰδία παρὰ τὰς τοῦ πανηγυρικοῦ λόγου μεθόδους μία τὸ μὴ παρ' ἑαυτῶν δοκεῖν λέγειν, ἅττ' ἂν λέγωσι, τὰς Μούσας δὲ παρακαλεῖν, ἢ τὸν Ἀπόλλωνα ἤ τινα ἄλλον θεόν, κἀκείνου ποιεῖν δοκεῖν εἶναι τὸν λόγον ἴδιον*. Sed non audeo multos illos locos, ubi Eustathius hac de consuetudine disputat,[2]) ita explanare, ut statuam eorum fontem esse haec Hermogenis verba, quamquam negari vix potest eius auctoritate commotum Eustathium eo libentius de Musis exposuisse. Nam constat inter omnes iam antiquissimis temporibus hunc poetae morem observatum esse. Satis sit Protagoram nominare, qui quidem Homero crimini dedit, quod Musae imperaret, non eam imploraret.[3]) Atque eo magis caute pro-

[1]) II, 408, 15 Sp.

[2]) *Α* 1 (10, 11), *Β* 484 (259), *Β* 761 (339, 340), *Ε* 84 (625), *Ε* 703 (596), *Ξ* 291 (986), *Π* 112 (1048), *ε* 312 (1542), *α* 1 (1380), *Λ* 218 (839), *Ξ* 508 (999).

[3]) cf. Friedel, diss. philol. Halenses, I, 27 sqq.

grediendum est, quia verba Eustathii plerumque consentiunt cum scholiis, quae non ex Hermogene derivata esse constat.

Haec fere habui, quae dicerem de ratione, quae intercederet inter Eustathium et Hermogenem. Atque si cognita iam causa animo perlustramus, quae invenimus, spero omnes esse concessuros recte nos statuisse Eustathium plane ex Hermogene pendere. Nam quaecunque de ideis disputat, optime conveniunt Hermogenianae disciplinae, neque licet contra dicere Eustathium nonnullarum idearum fere nullam rationem habuisse; nam ille sibi proposuit poetam explicare, non exempla ab Homero petita colligere, quibus unumquodque enuntiatum librorum Hermogenis de ideis probaret.

Sed tamen operae pretium est observare, quas ideas fere silentio transierit, quas in Homero investigare in deliciis habuerit. Summa est: raro inveniri *ἀκμήν, λαμπρότητα, ἐπιείκειαν, δριμύτητα*, omnium saepissime eum induxisse *σεμνότητα;* sequuntur *γοργότης, κάλλος, γλυκύτης, ἀφέλεια*. Sed caveas, ne illud casui tribuas. Necesse enim est, carmen heroicum colorem, quo auditores capiat, debere iustae mixtioni dignitatis et elegantiae sermonis. Quod iam Hermogenes perspexit, ita ut etiam frequentia locorum, quibus singulae ideae occurrunt, evincat Eustathium ab Hermogene esse profectum. Vult enim Hermogenes magnitudinem, suavitatem, simplicitatem fundamentum quasi esse dictionis poeticae. Testimonio eius ipsius verba sint:[1]) *ταῦτα δὲ καὶ πλέον ἔχει τι κατ' ἔννοιαν τοῦ ἀφελοῦς. ἐγγὺς γάρ ἐστι γλυκύτητος, διὸ καὶ πλεονάζει παρὰ τοῖς ποιηταῖς. εἰ δὲ ἔχει παρ' ἐκείνοις ταῦτα καὶ μέγεθος οὐ δεῖ θαυμάζειν*. Et multo manifestius: *ὁ τοίνυν κάλλιστος πανηγυρικός*, cuius carmina sunt species, *ταῖς μὲν τὸ μέγεθος ποιούσαις ἰδέαις πλὴν τραχύτητος καὶ σφοδρότητος γίνεται πάσαις, διήκειν δέ πως χρὴ διὰ τούτων τὴν ἀφέλειαν μὴ ἐλαττουμένην αὐτῶν ποσότητος ἕνεκα, πλὴν ὅπου καθαρῶς ἐξαίρειν τὸν λόγον εἰς σεμνότητα δεῖ. αἱ δὲ γλυκύτητες εἴπερ ἄλλοθί που καιρὸν ἐνταῦθα ἔχουσι μάλιστα κτλ.*

Quae adhuc ex accurata artis Hermogenianae cum Eustathii verbis comparatione conclusimus, postremo argumento haud contemnendo fulciamus. Ipse enim Eustathius quattuor locis fatetur, *se Hermogenem esse secutum*. Quorum primus exstat *Κ* 330 (809): *ὅτι πολλὰ καὶ οὕτω σχηματίζονται πρὸς λεληθυῖαν ἔμφασιν δηλοῖ καὶ Ἑρμογένης ἐν τῷ, καὶ τοῦ μοίχου λαβόμενος ἐβόων, ὦ πάτερ, σὺ δὲ ἦς οὐδαμοῦ· μέχρι γὰρ*

[1]) II, 384, 5; 403, 21 Sp.

ὧδε ὁ λέγων μοιχὸν τὸν πατέρα δηλοῖ φανερῶς· ἡ δὲ προσθήκη τοῦ οὐδαμοῦ ἐν τῷ σὺ δὲ ἧς οὐδαμοῦ ἐσκίασε τὸ τῆς σαφηνείας φῶς· ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ἵνα μὴ ὁ υἱὸς παρανόμως εἰς πατέρα ὑβρίζῃ, τὸ δὲ Ὁμηρικὸν, ἵνα μὴ κακοζήλως ὁ ποιητὴς παίζῃ ἐκκαλύπτων διὰ τοῦ ὀμνύοντος Ἕκτορος, ὅ περ ἐκεῖνος οὔτε ἐγίνωσκεν, οὔτε εἰπεῖν προύθετο. Quibus manifesto respexit finem quarti libri de inventione.[1]) Alter locus est Σ 101 (1133): *καὶ οὕτω χωλεύει ὡς ἀναπόδοτος ὁ λόγος, ὁποῖόν τι καὶ ὁ Κίλιξ ῥήτωρ ἐν τῷ περὶ ἰδεῶν*[2]) *σημειοῦται*, e. g. ubi verba facit de ea figura, quae est *ὁ καλούμενος ἀπόλυτος μερισμός*,[3]) quo loco ipsa operis inscriptio addita est *περὶ ἰδεῶν*, unde Eustathius sua hausit. Tertius est κ 177 (1653), de quo iam egimus.[4]) Quartus locus est σ 7 (1834): *οὕτω που καὶ Ἑρμογένης περὶ τοῦ δεινὸς ποιούμενος λόγον εἰς παράδειγμα ἐχρήσατο τῷ αἰνός, ὡς ταὐτὸν ὂν δεινῶς εἰπεῖν καὶ αἰνῶς*, ubi alludit ad digressionem de notione vocis *δεινός* paragrapho *περὶ δεινότητος* insertam.[5])

Caput II.

§ 1.

Sed iam alia oritur quaestio. Nam etiamsi, quod his quoque testimoniis firmari videtur, constat, Eustathium Hermogenem, quanta tum florebat auctoritate, ipsum legisse,[6]) tamen haud absonum est quaestionem movere, num primus ausus sit hunc in modum ideas in interpretationem Homeri inferre et ita ipsius Hermogenis verba vera reddere, qui fretus praestantia atque

[1]) II, 260, 32 sq. Sp.

[2]) Nullam offensionem praebere potest, quod non posuit pluralem; nam totum opus complectens singulari optime uti potuit.

[3]) II, 383, 16 Sq.

[4]) cf. p. 20.

[5]) II, 389 sq. Sp.; praecipue 390,7.

[6]) Immo Eustathium quendam commentarium scripsisse in Hermogenis librum, qui est de statibus, nuperrime demonstravit K. Fuhr, Mus. rhen. 51, 45 sqq.; 164 (1896). Quem eundem esse atque archiepiscopum Thessalonicensem, quamquam non extra omnem dubitationem est, sat probabile esse mihi videtur.

perspicuitate sui operis de arte reliquorum poetarum atque scriptorum praeter paucos illos, de quibus ipse exposuit, iudicare lectores incitavit.[1])

Quod duplici ex causa minime longe a vero abesse videtur; nam et mirum esset tanto temporis spatio praeterlapso neminem ausum esse Hermogenis praecepta rhetorica, quae paulatim alia omnia loco suo submoverant, ad explicandum Homerum adhibere, neque verisimile videtur hominem aetatis Byzantinae, quamvis inter aequales eruditione eminentem novam viam et rationem inisse in interpretatione scriptorum, quo minime negare in animo habeo illum hic illic aliquid de suo addidisse. Praeterea constat inter omnes Eustathium in commentariis varios libros excerpsisse atque unum in corpus redegisse.

Neque vero hac in re cogimur acquiescere in coniecturis. Nam sollemnis illa formula *οἱ παλαιοί*, qua Eustathius indicare solet se priorum doctrinam secutum esse, etiam in eis commentarii partibus occurrit, quae sunt de ideis. Reperitur enim

A 3 (17) *περιβολή*.
A 117 (62) *ἀφέλεια, σεμνότης*.
A 1 (7) *εὐκρίνεια*.
B 101 (181) *κάλλος*.
B 335 (236) *δριμύτης*.
I 443 (761) *κάλλος*.
Π 31 (1043) *δεινότης*.
Y 370 (1211) *ἀλήθεια*.
X 73 (1257) *σεμνότης*.
α 1 (1379) *γλυκύτης, ἀφέλεια*.
ε 97 (1525) *ἀφέλεια*.

Quo spero me satis probaturum esse iam ante Eustathium commentarios conscriptos esse eo consilio, ut ideae Hermogenianae in Homeri carminibus indagarentur. Quicunque autem vel paululum gnarus est eius rationis, qua veteres maximeque scholiastae auctoresque Byzantinae aetatis scripta sua compilare solebant, mecum consentiet, si non omnes attamen permultos locos, quibus Eustathius de ideis agit, ex illo fonte fluxisse, etiamsi auctoris nomen alto silentio oppressit. Ego quidem persuasum habeo ignoto illo rhetori multa illorum additamentorum deberi, quibus Hermogenis praecepta amplificata vel accuratius expolita esse statuimus. Eo magis autem dolendum, quod egestate testimoniorum servatorum non licet accuratius enucleare

[1]) II, 424,20 sq. Sp.

aetatem, indolem, originem commentariorum illorum deperditorum, ex quibus Eustathius pendet.

Sed dixerit quispiam fontem illum Eustathii latere sub scholiis, quae ad Homerum servata sunt, ex quibus illum tam multa in suum usum convertisse nemini ignotum est. Conquiramus igitur ex scholiis doctrinae Hermogenianae vestigia. Quae exstant, exscribam, ut eo accuratius atque diligentius de eorum indole iudicare possis. *Ἠθικῶς* autem et *δεινῶς* hic quoque causis supra allatis omisi.[1])

Α 311 *ποιεῖ τὴν διήγησιν κατὰ τὴν τῶν προβλημάτων συνήθειαν καὶ φύσιν. σχῆμα γὰρ εὐκρινείας*. P_6.[2])

γ 392 *τὸ σχῆμα σεμνοπρεπές*. p.

λ 245 *ἕξει σεμνοτάτῃ κοσμεῖ τὸ αἰσχρὸν ὡς ὁ Ξενοφῶν· ἔγνω αὐτὴν ἀντὶ τοῦ ἐμίγην*. m.

Δ 1 *πιθανῶς ἐκ τοῦ κάτωθεν θορύβου εἰς οὐρανὸν τὴν σκηνὴν μετήγαγε σεμνύων καὶ ποικίλλων*[3]) *ἅμα τὴν ποίησιν τόποις καὶ προσώποις καὶ λόγοις*. BT.

Η 279 *ὁ μὲν σεμνοποιῶν τὰ καθ' ἑαυτὸν παῖδε φίλω φησίν, ὁ δὲ Αἴας ἐξ ὀνόματος Ἰδαῖε*. BT.

Κ 43 *σεμνὸν τοῦ βασιλέως εἰς ἐπίσκεψιν πλείονα φερομένου*. BT.

Ο 40 *εἰς ὁμόνοιαν δὲ ἄνδρας καὶ γυναῖκας καλῶν ὁ ποιητὴς σεμνύει τὴν κοινωνίαν ὅρκον αὐτὸν μέγιστον ποιῶν. ὁ μὲν οὖν Ζεὺς φιλότητα καὶ εὐνὴν εἶπεν,*[4]) *ἡ δὲ σεμνοτέραις*[5]) *προσηγορίαις χρῆται μὴ θέλουσα*[6]) *ἐκφαυλίζειν τὴν κοινωνίαν*. BT.

Σ 286 *σεμνὰ ὀνόματα*. BT.

Σ 346 *εἰς ταπεινῶν δὲ πραγμάτων ἀπαγγελίαν ἐμπεσὼν ἐκάλυψε αὐτὰ τῇ συνθέσει τῶν ἐπιθέτων. τὸ δὲ τὰ μικρὰ καὶ ἄδοξα μεγαλοπρεπῶς ἐξενεγκὼν παὶ σεμνῶς ἀπαγγεῖλαι θαυμασίας καὶ μεγίστης*[7]) *ἐστὶ δυνάμεως*. BT.

[1]) cf. p. 39 et p. 51 adn. 5. Hoc loco addam, iam Aristotelem voce *δεινῶς* usum esse *Π* 283 T.

[2]) Cave, ne hic afferas *Λ* 289 *καλεῖται δὲ τὸ σχῆμα ἐπιβολή, ἐν μιᾷ περιόδῳ ἀρχὰς πλείους ἐπιφερόμενον· οὕτως ἔχει καὶ τὸ ἐν Θ' Ἔρις, ἐν δὲ κύδοιμος ὁμίλεον, ἐν δ' ὀλοὴ κήρ* (*Σ* 535) AB. Quod huc spectare videtur collato Hermogene p. 275: *καθαραὶ ἔννοιαί εἰσιν ἕνεκά γε τῆς ἐπιβολῆς.* Sed ex contextu patet *ἐπιβολὴν* esse aditum ad rem, (cf. Ernesti p. 189), cum in scholio fere idem sit atque *ἐπαναφορὰ κομματική.*

[3]) *σεμνύων μετήγαγε ποικίλλων* T.

[4]) *ὠνόμασεν* T.

[5]) *ταῖς* add. T.

[6]) *οὐκ ἀξιοῦσα* T.

[7]) om. T.

Τ 179 *σεμνοποιεῖ δὲ τὴν τροφὴν βασιλικὴν ἑστίασιν αὐτὴν καλῶν*. BT.

Τ 282 *ὁ δὲ τόπος ... τῷ μὲν διηγηματικῷ σεμνῶς πέφρασται*. BT.

Υ 265 *ἢ τάχα τὸ Ἀχιλλέως πρόσωπον ὑπεξαίρων οὕτως ἀποσεμνύνει τὰ ὅπλα· ὁ γὰρ Ἄρης ἡφαιστότευκτα φέρων νείατον ἐκ κενεῶνα τιτρώσκεται*. B.

Ψ 383 *σεμνοποιῆσαι θέλων τὸν ἀγῶνα καὶ θεοὺς συμφιλονεικοῦντας εἰσάγει*. BT.

Ι 212 *εἰς ταπεινὸν ἀπαγγελίαν οὐδεὶς ἂν τοσαύτην ἐπέθηκε σεμνότητα καὶ λέξεις* <*τοιαύτας*>.[1]) T.

Κ 392 *ὅρα κἀνταῦθα εὐμεθόδως μνείαν συνήθως τοῦ Ἀχιλλέως ὁ ποιητὴς παρέρριψε καὶ ταύτην σεμνὴν διὰ τὸ θεῖον γενεαλόγημα λέγων τὸν ἀθανάτη τέκε μήτηρ*. P_3.

Θ 291 *τὸν ἐμὸν λέχος ἐσαναβαίνοι . . . σεμνῶς δέ πέφρασται*. P_5.

Ι 3 *ὅρα δὲ, ὅπως ἐσέμνυνεν Ὅμηρος τοὺς ἀριστεῖς, τοῦ μὲν γὰρ δῆμον θεσπεσία εἶχε φύζα, τοὺς δέ ἀρίστους πένθει βεβολῆσθαι φησί*. P_7.[2])

Π 474 *ἐπίκρισις τοῦ ποιητοῦ*. P_6.

Ε 816 *τὸ σχῆμα θέσις καὶ ἄρσις*. G_3.

Λ 240; *Ι* 380 *τὸ σχῆμα τραχύτης*. G_3.

Θ 423 *ἀθετοῦνται διὰ τὸ τραχύ.* BT. Leidensis.[3])

Ι 442 *ἰᾶται τῇ ἡλικίᾳ τὸ τραχὺ*[4]) *τῆς λέξεως*. BT.

Ο 201 *ἐπειδὴ ἐπὶ τὸ τραχύτερον προῆκται τὸ τῆς ἀποκρίσεως, βούλεται ὁ μὲν ποιητὴς τὸ ἦθος διαφυλάξαι τῶν ὀργιζομένων κτλ.* BT.

Ε 701 *σχῆμα κάλλους διὰ τὴν ἐπαναφορὰν τοῦ οὔτε καὶ τὰ πάρισα τὰ*[5]) *προτρέποντο καὶ ἀντεφέροντο.* Lips.

Ζ 294 *κομματικῶς καὶ κατὰ κάλλος παρισωτικὸν ἐπαινεῖ τὸν πέπλον*. P_6.

α 110 *οἱ μὲν, οἱ δὲ· σχῆμα γοργότητος*. manuscripta Barnesii.

Ι 319 *τὸ αὐτὸ νόημα διαφόρως μεταχειρίζεται τρισσάκις ἀναστρέφων αὐτὸ καὶ μεταποιῶν ἐν σχήματι ἐνδιαθέτου γοργότητος.* Lips.

Κ 5 *ἐνταῦθα μὲν ἐπαινεῖται τῆς ἐν τοῖς λόγοις μεγαλοπρεβείας ὁ ποιητής, οἷα εἰκάσας τὸν μέγαν βασιλέα Διὶ ἀ[πα]-*

[1]) supplevit Maass.

[2]) *Π* 170 BT. in scholio Porphyrii *σεμνύειν* significat praedicare.

[3]) Ab Hillero, Philol. 28,101, Pio tributum.

[4]) *τρανὺν* T.

[5]) fortasse *τοῦ*.

στράπτοντα . . . εἰ μή τις εἴποι ταῖς ἀστραπαῖς συνεπινοεῖσθαι κατὰ γοργότητος καὶ τὰς βροντάς . P_3.

Ι 157 *κατὰ γοργότητα κομματικὰ τὰ ἔπη ἐπάγει* . P_6.

Κ 283 *ἀφελέστερον ὁ Διομήδης ὑπὲρ αὐτοῦ μόνου εὔχεται*. P_3.

Φ 506 *ἀφελὴς ἡ διάθεσις καὶ μὴ πρέπουσα γυναικὶ καὶ μάλιστα παρθένῳ* . BT. Leidensis.

α 59 *τοῦτο δέ ἐστιν λόγος ἔμψυχος καὶ γλυκύς* . y.

Μ 398 *τὸ ἐπὶ τοῖς ἀπροαιρέτοις τιθέναι προαίρεσιν γλυκύτης*. Lips.

Κ 360 *εἴρηται δὲ οὕτως ἐπὶ ἀλόγων κατὰ λόγον γλυκύτητος* . P_3.

Κ 246 *τοῦ ἐξ ἀσυνδέτου ἀποστατικῷ σχήματι ἐνδιάθετον ἐμφαίνει τῷ Διομήδει τὸν λόγον κατά τι θαῦμα ἐκπληκτικόν* . P_3.

Β 82 *τοῦτο καὶ ὁ βασιλεὺς εἶπεν, ἀλλὰ κατ' εἰρωνείαν καὶ ἐξ ἐναντίας, ὁ δὲ Νέστωρ ἐνδιαθέτως* . P_6.

β 73 *βαρύτης μὲν γὰρ ὀνειδίζων μὲν ἃ πάσχει, ἱκετεύειν δὲ συγχωρεῖσθαι αὐτῷ κτλ*. h. d.

β 320 *τὸ ὧς νύ που ὔμμιν ἐείσατο κέρδιον εἶναι σὺν βαρύτητι εἴρηται λέγοντος τοῦ Τηλεμάχου, ὅτι ἐν ἀλλοτρίῃ πλευσοῦμαι νηΐ* . h. q. r.

Κ 91 *τὸ πλάζομαι βαρέως εἴληπται . . . ἄλλως γὰρ οὐ πλανᾶται ὁ βασιλεὺς εἰδὼς ὅποι ἔρχεται* P_3.

Ο 404 *ἦθος καὶ εἰρωνεία καὶ βάρος μεθ' ὑποκρίσεως αὐτοῦ τὰ ὁμολογουμένα πυνθανουμένου* . BT.

Α 225 *τὸ σχῆμα βαρύτης* . G_3.

Α 235 *τὸ σχῆμα ἐπαγωγὴ καὶ βεβαίωσις· ὁ δὲ νοῦς βαρύτης* . G_3.

Quid igitur lucramur ex hoc conspectu? Primo obtutu luce clarius est ex scholiis illis Eustathium sua depromere omnino non potuisse, nam et numero et verbis sententiisque exiliora atque viliora sunt, quam ut quisquam eis pro fonte suae eruditionis utatur; immo demonstrare posse mihi videor *frustula illa* potius *ex Eustathio vel alio* quodam Byzantinae aetatis scriptore *in scholia penetravisse.* Satis enim mirum est omnino inter tot milia scholiorum, quae spectant ad artem rhetoricam et poeticam,[1]) 43 tantum agere de ideis.[2]) Quod etiam magis mirum, si indolis scholiorum rationem habemus.

[1]) Sunt enim fere 10000.

[2]) Ad Iliadem 40 ad Odysseam 9 scholia servata sunt, scholiis, quae pluribus in codicibus tradita sunt, praeter BT, quae uni debentur archetypo (cf. Roemer, exegetische Scholien, p. 113), seorsum computatis, ut efficiatur fere ratio 5 : 1, quod in universum respondet ratione multitudinis scholiorum, quae omnino ad Iliadem et Odysseam ad nos pervenerunt.

Atque primum codices A D G_1 G_2 omnino eiusmodi adnotationibus carent. Inter reliquos sic distributae sunt:

Exstant	in	B T scholia de ideis	14
	„	B solo	1
	„	T „	1
	„	G_3 „	5
	„	Leidensi	2
	„	Lips.	3
	„	P_3	6
	„	P_5	1
	„	P_6	6
	„	P_7	1
	„	h	2
	„	p	1
	„	m	1
	„	d	1
	„	q	1
	„	r	1
	„	y	1
	„	manuscriptis Barnesii	1.

Nunc etiam magis perspicuum fit, quam pauca singulis codicibus adscripta sint scholia eiusmodi. Nam B T non contra pugnat, quia numerus maior eorum agit de gravitate (*σεμνότης*), quorum indole ac natura commotus valde dubito, num de ideis intelligenda sint, praesertim cum et exstent in praestantissimis codicibus, et vox *σεμνός* iam antiquissimis temporibus rhetoribus in usu fuerit.[1]) Quibus omissis fere omnia leguntur in codicibus Iliadis, qui praebent scholia, quae vocantur vulgata. Scripti sunt illi saeculo 13. vel 14., codices Odysseae omnes saeculo 13. 14. aut 15. Manuscripta Barnesii eadem aetate confecta esse verisimile est, quamquam de eis nihil certi constat. Possunt igitur illa omnia esse derivata ex Eustathio vel ex alio eiusdem generis atque aetatis libro. G_3 et P_5 fere nil continere nisi excerpta ex Eustathio[2]) constat.

Idem efficitur, si ipsa verba scholiorum legimus, quorum multa manifesto speciem prae se ferunt additamenti cuiusdam lectoris infimae aetatis e. g. *γ* 392, *Π* 474, *Ε* 816, *Α* 240, *Ι* 380, *Ι* 157, *α* 59, *Α* 225, *Α* 235, *Θ* 291, *Ζ* 294. Porro

[1]) e. g., quae limis oculis arripui, praeter Plinii locum laudatum p. 32, adn. 1; Anaximenes 32; Cic. ad Att. 2, 1, 3; D. H. de comp. verb. saepissime, item auctor de sublimitate.

[2]) cf. Nicole I, pag. L. Cramer l. l. p. 179.

Θ 423, *Φ* 506, *β* 70 ex Porphyrio fluxerunt, qui florebat post Hermogenem.

Ergo optimo puto iure me contendere posse *scholia servata ad Homerum carere doctrina Hermogenis* et perpaucos illos locos praeter Porphyrianos gliscente tempore fortuito in contextum scholiorum irrepsisse.

Quam ad rem optime quadrant *observationes* quaedam *de usu verborum,* quae in scholiis et apud Eustathium frequenter occurrunt. Quarum paucas hic addere sufficiat, quia homini gnaro satis erunt ad firmandam meam sententiam.

Sic nomina 8 idearum omnino in scholiis non exstant, idem valet de verbis *παρήχησις,*[1] *καταστατικός, κύκλος,*[2] *στρυφνόν,* aliis, quae adamavit Eustathius et quae Hermogeniana ex doctrina profecta sunt. *Παρήχησις,*[3] *καταστατικός, κύκλος*[4]) solus Hermogenes eiusque commentatores usurpant. Raro in scholiis leguntur e. g. *ἀστεῖος, γνωμικῶς, δεινός, πάρισον, προέκθεσις,* sescenties ab Eustathio adhibita; et pauci illi loci, ubi leguntur, exstant in scholiis vulgatis.[5]

Porro vidit Dzialas[6] ad significandam eam figuram, qua finis prioris membri alterius initium sit, Hermogenem solum

---

[1]) Iam p. 30 monui paronomasiam, de qua cf. Buchhold l. l. p. 24 et parechesin fere idem esse. Itaque non abs re erit observare de usu vocis *παρονομασία* in scholiis et apud Eustathium Scholia eam habent octies (BT ad *Γ* 39, D ad *Β* 121, *Β* 758, *Κ* 415, T ad *Β* 225, *Β* 235, G_2 ad *Ι* 75, *Κ* 415). Eustathius semel eius mentionem facit, vel potius nullam, nam si legis locum, est autem *Β* 758 (337): *οἱ δὲ ῥήτορες καὶ παρονομασίαν τὸ τοιοῦτον σχῆμα καλοῦσιν, ὡς οἱ Ὁμηρικοὶ σχολιασταί φασιν, προσφέροντες εἰς ὁμοιότητα καὶ τὸ Δημοσθενικόν· πρῶτον μὲν Ἀμφίπολιν πόλιν ἡμετέραν,* cognosces Eustathium tantum afferre scholium D ad *Β* 738: *τοῦτο τὸ σχῆμα παρονομασία καλεῖται.* Locum Demosthenis autem frustra in scholiis servatis quaeres.

[2]) Excepto uno codicis Lips. loco (cuius nulla est auctoritas) ad *Θ* 249: *κύκλος τὸ σχῆμα κατὰ ῥήτορας· εἰς στίχου γὰρ τέλος πάλιν κεῖται τὸ νεβρός.*

[3]) cf. Buchhold l. l. „Postquam Hermogenes *περὶ εὑρέσεως* IV parecheseos vim ac notionem constituit, a posterioribus rhetoribus non nisi in commentariis ad Hermogenem eam figuram in disputationem deductam esse videmus; et in commentariis suis ad Homerum Eustathius nonnunquam *παρήχησις, παρηχεῖν* vocabulis utitur. Sed etiam Eustathius ex Hermogene pendet. Quod nisi iam dudum notum esset inter homines doctos, ipsa ex ea re effici posset, quod Eustathius ad eadem, quae Hermogenes ex Homero repetivit exempla, *ω* 465, *Ζ* 201, (eadem exempla profert ad *Λ* 404) de parecheseos apud Homerum usu disputat."

[4]) cf. Dzialas, rhetorum antiquorum de figuris doctrina I. Vratisl. 1869 p. 9.

[5]) In schedis meis mihi adnotavi inveniri *ἀστεῖος* bis, *γνωμικῶς* ter, *δεινός* septies, *πάρισον* ter, *προέκθεσις* semel.

[6]) l. l. p. 10.

praebere nomen *ἐπαναστροφήν.*[1] Quem rursus Eustathius imitatus est; cf. *Λ* 402 (124). *Λ* 579 (155): *ὅτι ἐν τῷ δαῖτα ταράξῃ τὸ μὲν σχῆμα ἔοικέ πως ῥητορικῇ ἐπαναστροφῇ· τὸ γὰρ τέλος τῆς πρώτης λέξεως ἀρχὴ τῆς δευτέρας γίνεται, ὡς καὶ ἐν τῷ ἔνθα θάασεν ἤγουν ἐκάθητο καὶ ἐν τῷ ἦλθε θέων,* quae ad verbum fere consentiunt cum Hermogene: *γίνεται δέ, ὅταν τὸ τέλος τοῦ κώλου ἑτέρου κώλου τις ἀρχὴν ποιήσηται; Ζ* 143 (630), *Υ* 370 (1211), *Ω* 641 (1321).[2] A scholiis illa notio plane aliena est.

Scholia non post Hermogenis aetatem orta esse aliud testimonium est, quod vocem *μέθοδος,* quam ita posteriores in deliciis habent, ut optimum sit praesidium ad solvendas eiusmodi quaestiones, perraro scholia exhibent.

Idem valet de voce *ἐγκώμιον.*

Λαλιά, id genus declamationum, quod totum ad voluptatem et delectationem auditorum comparatum est, nunquam in scholiis commemoratur. Apud posteriores tritissimum est. Satis sit, paucos locos ex Menandro proferre; cf. III. 388, 17; 390, 15; 395, 2; 397, 12; 411, 29; 434, 2 Sp.

Aliud verbum, quod recentiores in deliciis habebant, est *ἔκφρασις,* sescenties apud Eustathium de descriptionibus usurpatum sed iam a Menandro receptum[3]) aliisque eiusdem aetatis scriptoribus. Ex scholiis quattuor locos afferre possum, quorum G_2 ad *Ζ* 240: *ἔκφρασις* et p ad *η* 118: *ἔκφρασις λειμῶνος* toto colore ostendunt, cui debeantur aetati. Alteri duo exstant *Τ* 366 T et *Ο* 237 BT.

Finem faciat *ἐπιμονή.* Auctores de figuris *ἐπιμονήν* dicunt eam oratoris consuetudinem idem diverso modo exprimere, si firmum aliquod argumentum habet, quo adversarium percellere et suam rem confirmare potest, ita tamen, ut aliud atque aliud dicere videatur.[4]) Quare suo iure eandem figuram Hermogenes tribuit *περιβολῇ.*[5]) Eadem notio voci subest in scholio codicis A ad *Ι* 376, unico loco, ubi eam in scholiis potui investigare: *ὅρα δὲ ὡς ἐπιμένει τῇ ἀφαιρέσει.* Nam in versibus, ad quos adnotatio referenda est ter repetitur rapiendi notio; cf.

---

[1]) de id. II, 336,18 Sp.

[2]) Quae in capite de pulchritudine p. 30 iam enumeravi, hoc loco non repeto.

[3]) cf. III, 383; 373,20; 426,30 Sp. etc. Ps. D. H. rhet. 10,17.

[4]) cf. Zonaeum, III, 162,11 Sp: *ἐπιμονὴ ὡς ὅταν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος ἐπιμένωμεν χάριν αὐξήσεως.* Item Alex. III, 17,17 Sp. Phoebammon. III, 47,25; 51,23 Sp., Tiberius III, 74,8 Sp., anon. III, 147,19 Sp., anon. III, 176,7 Sp.

[5]) II, 321,29 Sp.

367 γέρας δέ μοι, ὅς περ ἔδωκεν
αὖτις ἐφυβρίζων ἕλετο κρείων Ἀγαμέμνων
375 ἐκ γὰρ δή μ' ἀπάτησε καὶ ἤλιτεν.

Contra Eustathius ab illa significatione quidem profectus vocem toto coelo diverso sensu usurpavit. Significat enim ea repetitionem eiusdem verbi vel vocum eiusdem stirpis gravitatis et amplificationis causa, ut apparet ex multis illis locis, quos in adnotatione collegi.[1]) Quorum unum tantum exscribam, β 11 (1431): *καὶ ὅτι ἐπιμονὴν ποιεῖ τὸ κηρύκεσσι καὶ κηρύσσειν καὶ ἐκήρυσσον διὰ τὸ τῆς λέξεως καίριον.* Fere idem igitur est *ἐπιμονή* atque *παρονομασία, παρήχησις, ἐπανάληψις.*[2])

Denique Eustathius sive eius auctor haud ita raro *observationes scholiorum ita amplificavit, ut in eas inferret illam doctrinam de ideis.* Prae ceteris utar exemplo illustrissimo eis, quae ad *A* 3 adnotata sunt. Quo loco in *B* legimus: *ἔχει δὲ τοὺς γενικωτάτους τῶν τόπων τὸ προοίμιον· ποσόν; πολλάς· ποιόν; ἰφθίμους· οὐσίαν; ψυχάς· τόπον; Ἄϊδι· χρόνον; προΐαψεν. Περιστατικά* igitur Iliadis prooemii enumerantur. Cum autem illa efficiant *περιβολήν,* Eustathius ita sibi rem composuit (17): *ἰστέον καὶ ὅτι τὸ ὅλον τοῦτο χωρίον τὸ πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν ἐπαινεῖται πρὸς τῶν παλαιῶν ὡς καιρίως ἐμπερίβολον*[3]) · *ἔγκειται γὰρ αὐτῷ, φασὶ, ταῦτα· τὸ ψυχὰς οὐσία, ποσὸν τὸ πολλὰς, ποιὸν τὸ ἰφθίμους, τόπος τὸ Ἄϊδι, χρόνος τὸ προΐαψεν.* Similiter res sese habet *B* 101, ubi *κλῖμαξ* est inter pulchritudinis figuras, cum scholia,[4]) quae exponunt eadem de figura eodem loco, de pulchritudine taceant.[5])

---

[1]) Loci sunt *A* 3 (15), *A* 266 (101), *Δ* 129 (453), *Δ* 332 (562), *E* 743 (601), *Z* 164 (630), *Z* 186 (635), *Z* 333 (645), *Z* 355 (647), *H* 77 (666), *H* 472 (692), *I* 94 (737), *I* 345 (755), *I* 412 (762), *I* 580 (775), *I* 662 (782), *K* 75 (790), *K* 116 (793), *K* 227 (80[illegible]), *Λ* 20 (827), *M* 2[illegible]2 (9[illegible]0), *N* 95 (922), *Ξ* 124 (970), *Π* 352 (1063), *Σ* 608 (1167), *Υ* 405 (1214), *Φ* 445 (1245), *Ψ* 724 (1326), *Ω* 639 (1369), *β* 11 (1431), *γ* 431 (1475), *η* 120 (1573), *λ* 23 (1676), *π* 256 (1801), *σ* 198 (1839), *ω* 246 (1960).

[2]) Greg. Corinth. quoque VII, 1330 W. cum Hermogene facit et ab Eustathio dissentit: *τοῦτο* (sc. plangores et lamentationes Andromaches, Hecabes, Helenae, mulierum Troicarum) *παράδειγμα τίθησιν τοῦ τὰ σμικρὰ ἐξαίρειν τῇ αὐξήσει καὶ τῇ ἐπιμονῇ· πάνυ γὰρ βραχύ τί ἐστι θάνατος ἑνὸς πρὸς πάσης πόλεως πόρθησιν.*

[3]) Quo optime demonstratur Eustathium scholiis non usum esse.

[4]) *ἄχρι δὲ τοῦ αὐτὰρ ὁ αὖτε Θυέστ' Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆσαι* (107) *καλεῖται κλῖμαξ* A. *ὁ τρόπος κλῖμαξ· τὸ λῆγον γὰρ τῆς διανοίας ἀρχὴ γίνεται τῶν ἑξῆς.* A; cf. G_1 P_1 M. Idem praebet T, sed pergit: *ἕκαστος δὲ στίχος τὸ γένος, τὸν δόντα, τὸν εἰληφότα φησίν.*

[5]) Sic etiam immutavit Aristotelis sententiam; cf. p. 39, adn. 5.

§ 2.

Quid autem inde sequitur? Credo *scholia,* cum in eis Homeri carmina nondum secundum Hermogenis praecepta explicentur, *orta atque unum in corpus conflata esse eis temporibus, cum nondum illius auctoritas tanta erat, ut ceteras artes omnes submovere posset,* cum nondum Hermogenes erat „ὁ ῥήτωρ" ut Demosthenes „orator". Scimus autem iam *Menandrum* commentarios in Hermogenem scripsisse fine tertii saeculi. Cuius de aetate paulo accuratius agendum est.

Notum enim est Bursianum[1]) contendisse Menandrum quarto demum saeculo vixisse. Quod si ille recte vidisset, nostra de sententia actum esset. At illum refutavit Nitsche[2]) tanto acumine, ut omnibus persuaserit Bursianum erravisse.[3]) Bursiani enim argumentum, quod petivit ex verbis[4]): *ὡς τὸ κατὰ τὰς πόλεις τὰς κατ' Ἴστρον ποταμὸν ὑπὸ Ῥωμαίων κατοικισθείσας, τὰς καλουμένας Καρπίας,* quo demonstraret Diocletiano mortuo artem demum illam componi potuisse, nullum est. Nam constat, iam multis annis antea Aureliano imperatore Carpos transmigrasse in Romanorum fines teste Victore, de Caes. 39: „Carporum natio translata omnis in nostrum solum, cuius fere pars iam tum ab Aureliano erat."[5]) Contra Nitsche ex aliis rebus gestis, quae in duplici libello, qui unum in corpus conflatus sub Menandri nomine traditus est, significantur, optime tempus definivit, quo utraque commentatio conscripta esset. Invenit enim priorem anno 273 vel 274, posteriorem anno 274 compositam esse. Quomodo id evicerit, hoc loco repetere taedet.[6]) Quocum congruit Walzii observatio[7]) a Menandro nullos auctores adhibitos esse, qui non intra fines tertii saeculi vixerint. Novissimi enim sunt: Aristides, Proteus Cynicus, Polemo, Dio Chrysostomus, Nicostratus, Philostratus, Callinicus, Genethlii aequalis et adversarius.

Assignat autem Nitsche priorem librum Genethlio, Patris

---

[1]) Der Rhetor Menandros und seine Schriften, in actis academiae Bavaricae 1882, p. 16.

[2]) Der Rhetor Menandros. Prg. Berol. 1883.

[3]) cf. e. g. Volkmanni censuram, Philol. Rundschau, 1884, 643.

[4]) III, 358,28 Sp.

[5]) cf. Nitsche l. l. p. 8, Jung, die romanischen Landschaften des römischen Reiches, 1881, 399 sqq.

[6]) cf. l. l. 8 sqq.

[7]) rhet. Gr. IX p. XVI.

nato, Minuciani discipulo, posteriorem Menandro sophistae, Laodiceae orti.[1]) Satis, ut puto probabiliter.

Sed utut id est, maximi momenti est in utraque dissertatione doctrinam de ideis acceptam esse quasi notam et pervulgatam. Quod ut confirmem exempla haec in promptu sunt:

In Genethlii libro occurrunt *μέθοδος* p. 332, 11;[2]) 335, 24; 336, 31; *ὥρα* 335, 20; 335, 24; *ἁβρότης* 335, 27; *ἀφέλεια* 336, 26; *ἔμψυχος* 336, 27; *καθαρότης* 340, 25; *σεμνότης* 342, 18. Nec nullius est momenti 339, 4 *παραμυθία* ita esse adhibitum, ut significet remedium, quam notionem reperimus apud Hermogenem e. g. II 299, 15 Sp. III, 358, 20 partitio fit secundum *τελικά κεφάλεια,* quae quidem ipsa iam antiquis nota erant rhetoribus, nomen autem illud Hermogenes demum invenit.[3])

Menander praebet *μέγεθος* 380, 15; 382, 15, 394, 3; 397, 17; 370, 31; 402, 26; 412, 31; 428, 10; 429, 11; *ἁβρότης* 395, 3; 406, 29; 389, 13; *γλυκύτης* 389, 12: *χαίρει γὰρ τὸ τῆς λαλιᾶς εἶδος τῇ γλυκύτητι καὶ τῇ τῶν διηγημάτων ἁβρότητι. παραγένοιτο δ' ἂν ἡ γλυκύτης τῶν λόγων, εἰ παραδείγματα λέγοιμεν, δι' ὧν ἐμφανιοῦμεν, ὃ προαιρούμεθα, ἱστορίας ἡδίστας τοῖς ἀκροαταῖς μαθεῖν ἐκλεγόμενοι οἷον περὶ θεῶν κτλ.,* optime reddens Hermogenis sententiam; 433, 15; 389, 27: *μεστὴ δὲ καὶ ἡ ἱστορία Ἡροδότου γλυκέων διηγημάτων, ἐν οἷς ἡδονὴ παντοδαπῶς παραγίνεται τῷ λόγῳ οὐ μόνον ἀπὸ τῆς ξένης τῶν διηγημάτων ἀκοῆς, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ποίας συνθέσεως, ὅταν μὴ τραχείᾳ χρώμεθα τῇ ἐξαγγελίᾳ μηδὲ περιόδους ἐχούσῃ καὶ ἐνθυμήματα ἀλλ' ὅταν ἁπλουστέρα τυγχάνῃ καὶ ἀφελεστέρα,* qui locus non solum, quod in universum sententias attinet, Hermogenem sapit, sed etiam eo, quod hic et illic Herodotus praedicatur egregii exempli instar suavitatis, memorabilis est. Conferas, quaeso Hermogenis verba:[4]) *μᾶλλον δὲ ἢ κατὰ τοὺς μύθους πιστευόμενα* (sc. suavia sunt) *οἷά ἐστιν ἅπαντα τὰ Ἡροδότου.* Porro invenimus *μέγεθος* 399, 21; *σεμνότης* 386, 9; 398, 17; *λαμπρῶς* 387, 11; *ἐμπερίβολος* 400, 9; *κάλλος ἀπὸ λέξεως* (elocutio enim provincia pulchritudinis) 411, 30; *ὥρα* 411, 24; *ἦθος* 411, 26; 433, 17; *ἐπιείκεια* 433, 18; *ἁπλοῦν καὶ ἀφελές* 393, 22; 433, 17; 410, 4;

[1]) Iure enim respuit Bursiani coniecturam (l. l. 13), qui inscriptionem libri *Μενάνδρου ῥήτορος Γενεθλίων ἢ Γενεθλίου* mutavit in *Μενάνδρου ῥήτορος περὶ γενεθλιακῶν.*

[2]) apud Spengelium, volum. III.

[3]) cf. Volkmann, rhet. 301.

[4]) II, 357,28 Sp.

411, 26: *παραγίνεται δὲ χάρις καὶ ὥρα τῷ λόγῳ οὐκ ἐκ τῶν ἱστοριῶν μόνον καὶ ἐκ τοῦ διηγήματος, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀφελείας καὶ ἁπλότητος τοῦ ἤθους τοῦ λέγοντος. ἀκατάσκευον γὰρ τὸν λόγον εἶναι δεῖ καὶ τὰ πολλὰ ἀσύνδετον, οὐ κώλοις οὐδὲ περιόδοις συγκείμενον ἀλλὰ συγγραφικώτερον οἷόν ἐστι καὶ τὸ τῆς λαλιᾶς εἶδος,* quod rursus egregie convenit cum Hermogenis praeceptis.[1]) Quo magis etiam quam eo, quod Menander Hermogenis artem commentariis instruxit, apparet, quantam auctoritatem iam tum Hermogenis doctrina habuerit.

Eidem aetati tribuendus esse videtur *Metrophanes,* cuius ex commentario conscripto de ideis Hermogenis haud exiguus numerus fragmentorum exstat in scholiis ad Hermogenem.[2])

Neque omittamus *Longinum* philologum, Porphyrii magistrum anno 273 Aureliani iussu supplicio punitum, quia a partibus Zenobiae stetit, quem commentarium scripsisse ad libros *περὶ ἰδεῶν* satis verisimile est. Omnes enim fere loci, quibus praeter artem servatam Longini sententiarum de arte rhetorica mentio fit, exstant in commentariis, qui sunt ad libros de ideis.[3]) Accedit, quod apud Ruhnkenium scriptum est:[4]) „*εἰς τὴν ῥητορικὴν Ἑρμογένους:* in bibliotheca Vindobonensi exstant enarrationes Hermogenis excerpta ex Longino, Iamblicho, Syriano, Simplicio et aliis, sed totus libellus mangonium sapit." Plerumque autem agunt fragmenta de numeris.

Eandem materiam tractant verba Longini laudata in Lacharis quodam fragmento nuper a Graeveno publici iuris facto.[5]) Studet autem vir ille doctus in eis, quae ad Lacharis interpretationem adiecit, demonstrare excerpta e Longino, quae exstant apud Spengelium, rhet. Gr. I², 213 sqq. iniuria a Spengelio habita esse pro spuriis,[6]) immo fluxisse ex libro, qui inscribitur *φιλόλογοι ὁμιλίαι.* Atque ego quoque puto Spengelium rem celerius egisse, neque video iustam causam, cur illa excerpta Longino abiudicemus. Nam suo iure contendit Graeven in excerpto 2 legendum esse cum Ruhnkenio pro *λέγουσι λέγει* et repudiavit Spengelii mutationem vocis *Λογγῖνος* in *Λογγῖνον.* Neque male contra Spengelii verba „neque hic Aristidem laudasset" affert verba ex prolegomenis ad Aristidem,[7]) quibus-

[1]) cf. e. g. II, 356,31 Sp. et Hermogenem passim.

[2]) Locos Walzius enumerat in indice, IX, 645.

[3]) cf. Walzium, IX, 643.

[4]) op. I², 525.

[5]) Ein Fragment des Lachares, in Hermae vol. 30, 289 sqq.

[6]) rhet. Gr. I², p. XIII.

[7]) Aristides ed. Dindorf, III, 741,10.

cum confert excerpta 5 et 12. Cadit porro, quod Spengelius tertio loco protulit, si recte Graeven observavit titulum ab eadem manu esse scriptum atque ipsum opusculum.

Sed errat egregie Graeven, cum putat, novo illo fragmento ex Lachare praesidium suae sententiae parari, cum dicit:[1]) „Die Longinzitate des Lachares stimmen schon in ihrer äusseren Form auffallend überein mit den kurzen rhetorischen Vorschriften und Beobachtungen, welche Spengel I², 213 unter dem Titel *ἐκ τῶν Λογγίνου* stehen, und das Excerpt 7 dort stammt unzweifelhaft aus derselben Stelle, der Lachares die Worte p. 294, 25—28 entnahm." Nam si verba respicio non sententias nullam similitudinem indagare possum nisi initia singulorum praeceptorum, quae particula *ὅτι* introducuntur. Sed inde nihil colligi posse de communi origine neminem fugiet, cum hoc sollemne initium omnium excerptorum sit. Sed iam ad rem, quem ad finem liceat locos, quibus Graevenus nititur, iuxta ponere.

Lacharis locus.	*ἐκ τῶν Λογγίνου* 7.
ὅτι ὁ ἡρῷος μετὰ τοῦ λαμπροῦ καὶ τὸ ἡδὺ πρὸς τὴν ἀκοὴν ἔχει, ὁ δὲ παίων (τούτου γὰρ ὡς γένος οἱ πεντάχρονοι μετέχουσι πάντες) ὀγκώδης καὶ διεγηγερμένος,[2]) *ὅθεν αὐτὸν καὶ οἱ ποιηταὶ πρὸς τὰ μείζω καὶ σεμνότερα ἕλκουσιν.*	*ὅτι χρὴ ἐν ταῖς συνθήκαις τῶν κώλων εὐπρεπῆ εἶναι τὴν λέξιν καὶ τὴν συνθήκην οὐκ ἀνάρμοστον, ὡς ἂν παίωνας εἶναι καὶ ἡρῴους τοὺς πλείστους, ἐξ ὧν εὔογκος ἡ ἑρμηνεία γίνεται καὶ σεμνή· παραδείγματα δὲ τὰ Πλάτωνος καὶ Δημοσθένους· οὗτοι γὰρ ἄριστοι γνώμονες τῶν τοιούτων.*

Quae perlegens iterum confiteri cogor, me nullum inter utrumque locum necessitudinem videre. Cum enim apud Lacharem Longinus in universum disputet de gravitate, quae insit metris dactylicis et paeonicis, in excerpto praescribitur illis numeris in clausulis utendum esse, ne sint languidae et minus aptae propter gravitatem deficientem. Porro hic virtus gravitatis paeonicis tantum propria est, cum hexametri efficiant splendorem, illic utrique generi tribuitur, denique hic exempli causa laudantur poetae, illic Plato et Demosthenes.

---

[1]) l. l. p. 301.

[2]) Sed quid est *διεγηγερμένος*, excitatus? Quod magis esset *γοργότητος*. Puto restituendum esse *διῃρμένος*, sublimis, nisus Hermogenis loco II, 415,28 Sp.: *ἔστι γὰρ καὶ οὗτος σεμνὸς καὶ διῃρμένος πρὸς ὄγκον*.

Sed utroque loco ideas Hermogenis cognitas esse ponitur. Quo redimus ad id, unde digressi sumus, atque iam affirmemus aliis exemplis Longino doctrinam de ideis non ignotam fuisse eumque pendere ex Hermogene. Nam in artis reliquiis maxime exiguis occurrunt *τελικὰ κεφάλαια* I² Sp., 182,12; *μέθοδος* 181, 19; 186,15; 192,14; *εὐτελής* 187,16; *σαφῶς καὶ καθαρῶς* 183,3; *σεμνότης* 188,5; *περικαλλές* 188,9. Ex numero scriptorum, qui 187,22 laudantur, tribuit Hermogenes Platonem, Xenophontem, Aeschinem *λόγῳ πανηγυρικῷ ἁπλῷ*, Aeschinem oratorem *λόγῳ πολιτικῷ* eorumque recenset virtutes.

Plane eadem invenimus, si excerpta illa adimus ex Longino, quae ex egregia atque antiqua arte sumpta esse ei quoque concedunt, qui ea Longino abiudicant. Hermogenem sapit, quod auctor postulat, ut tropi modice nec inscite adhibeantur (1), quod Platonem et Demosthenem habet pro principibus omnis artis oratoriae (7), Homerum et Platonem generis panegyrici (9), quod reperimus *τελικὰ κεφάλαια* (16), *προοίμια ἐκ τῶν ὑπολήψεων* (21), partitionem elocutionis in membra, clausulam etc.[1])

Porphyrium ad Homeri interpretationem ideas usurpasse iam vidimus, quem floruisse altero tertii post Christum natum saeculi dimidio nemini ignotum est.

Denique Schmid[2]) multos *Philostrati* locos collegit, auctoris, qui floruit iam priore tertii saeculi parte, unde apparet eum Hermogenis sectatorem fuisse; praebet enim voces *ἰδέα, ἀφέλεια, περιβολή, σεμνότης, λαμπρότης, ὥρα, ἁβρότης, σαφήνεια, δεινότης, σφοδρότης, μέγεθος*, coniunctionem verborum *ῥυθμὸς καὶ συνθήκη*, nec non Demosthenis locus de cor. 97 et Philostrato vit. soph. 1, 17 et Hermogeni 289,25 exemplum est *σεμνότητος* effectae per sententias morales.

Quod si respicimus, cognoscimus iam paulo post annum 200 auctoritatem Hermogenis apud Graecos plurimum valuisse, ita ut recte Schmid dixerit l. l.: „Vom Ende des zweiten Jahrhunderts an herrscht unter den Griechen die Ideenlehre des Hermogenes."

Ergo *scholia in Homerum iam circa annum 200 vix post annum 250 post Christum natum unum in corpus redacta exstiterunt simillimum scholiis exegeticis*, quae nos in manibus tenemus.

---

[1]) Concidit igitur Graeveni opinio, prolegomena in Cornuti artem rhetoricam, 1890, p. 26: „Hoc quidem adseverari potest neque in Apsinis neque in Longini arte ulla vestigia Hermogenis doctrinae detegi"; nam Apsines e. g. commemorat *τελικὰ κεφάλαια*.

[2]) Mus. rhen. 49, 160.

Idem ad tempus ducimur, si respicimus epitomen illam quattuor virorum, quae est fundamentum collectionis scholiorum Veneti A, eadem fere aetate confectam esse; nam recte statuerunt viri docti non diu post Herodianum et ante Porphyrium hoc opus esse susceptum.[1])

Neque errare mihi videor, cum puto inde factum esse, ut his potissimum temporibus colligerentur, quae ad interpretationem Homeri excogitata erant, quod ex Hadriani temporibus studia grammatica et rhetorica denuo efflorescebant. Quo factum est, ut quis consilium caperet, comprehendere, quae Alexandrini contulissent ad explicationem Homeri et concinnaret quattuor illos libros Aristonici, Didymi, Nicanoris, Herodiani. Neque mirum, quod idem fecerunt, qui Pergamenorum studiis favebant,[2]) et collegerunt, quae idonea erant ad illustrandam artem poetae, qua egregie operam navabant.

§ 3.

Cum igitur Eustathius ex scholiis ea, quae de ideis apud Homerum exposuit, depromere non posset, operam navavi, ut alium indagarem fontem, unde ille sua accepisset. Atque mihi perlegenti commentarios ad Hermogenem, qui in lucem protracti sunt, in mentem venit, fuisse, qui eodem amore et artem rhetoricam excolerent et studium Homeri amplecterentur, scil. *Neoplatonicos*. Nam ut silentio pratercam iam Longino philosopho et philologo, Porphyrii praeceptori ideas minime incognitas fuisse, Porphyrius, quo praeter Plotinum ipsum nemo illius sectae auctoritate atque celebritate magis valuit, strenue operam navavit eloquentiae eamque tractavit ad normam Hermogenis. Neque infeliciter secundum aequalium iudicium rem gessisse videtur, cum posteriores haud raro eius vestigia premerent, ut multis illis locis demonstratur, quibus ab illis laudatur.[3]) Cuius commentarios aetatem non tulisse dolendum est, cum Porphyrii explicationes, quo erat iudicio et industria, certe multo maioris fuerint pretii, quam permulta illa Byzantinorum magistellorum scripta, quae ad nos pervenerunt. Utrum autem liber ille, quem posteriores exscribere solebant, fuerit commentarius ille in artem Minuciani, quem Suidas laudat,[4]) an Porphyrius libro peculiari etiam Hermogenem illustraverit, an utrumque pari

[1]) cf. e. g. Lehrs, de Aristarchi studiis Homericis² p. 30, Ludwich, Aristarchs homerische Textkritik I, 79.
[2]) De quorum studiis Homericis infra exponam.
[3]) Locos collegit Walzius, rhet. Gr. IX, 652.
[4]) Id quod Volkmanni opinio est: observationes miscellae, 1873, p. 5.

modo respexerit, iam nobis diiudicare non licet; neque magni est momenti.[1])

Porro Metrophanes ille, cuius sententias haud raro Hermogenis commentatores lectoribus propinant,[2]) a Syriano[3]) *ὁ Πλατωνικός* vocatur, ergo Plotini erat sectator.[4])

Neque Iamblichus successor Porphyrii artem rhetoricam sprevit. Scripsit enim librum *περὶ κρίσεως ἀρίστου λόγου,* qua in dissertatione eum Hermogenem secutum esse testatur Syrianus:[5]) *δεῖ γὰρ μήτε τὸ σύντομον εἶναι ἀσαφὲς μήτε τὸ σαφὲς ἰδιωτικόν, καὶ τὸ μὲν σεμνὸν μὴ εἶναι ἄγαν ἐξηλλαγμένον τὸ δὲ κοινὸν μὴ εἶναι εὐκαταφρόνητον ἔχειν δέ τινα ἐξαίρετον ὑπεροχήν· τὸ γὰρ παντελὲς τοῦτο καὶ συμπεπληρωμένον τοῖς ὅλοις κάλλεσι τῶν λόγων παρ' Ὁμήρῳ τε καὶ Πλάτωνι καὶ Δημοσθένει γνώριμόν ἐστιν ἰδεῖν.*

Quinto saeculo Syrianus scholam rexit, Procli pracceptor, qui de interpretatione Aristotelis bene meritus est. Quem eundem esse atque auctorem commentarii in Hermogenem adhuc servati, quamquam non plane extra dubitationem est, recte mihi Rabe contendisse videtur.[6]) Nam philosophum Platonicum fuisse, qui hanc explicationem composuit, unaquaeque fere pagina clamat. Neque nullius momenti esse censeo, Suida teste eundem edidisse *ὑπόμνημα εἰς Ὅμηρον ὅλον ἐν βιβλίοις ἕξ.*

Illorum autem scriptorum libros viri docti Byzantinae aetatis diligenter perlegerunt atque excerpserunt, ut multa, quae illorum esse videntur, debeantur Neoplatonicis. Sic apud Doxopatrem et Maximum Planudem saepissime Syriani loci ad verbum reperiuntur. Ergo Byzantinorum opera ei negligere non licet, qui recuperare studet, quid Neoplatonici docuerint de legibus artis oratoriae. Comparavi igitur commentaria in Hermogenem cum Eustathio sperans me auctores inventurum esse, per quos Hermogenis praecepta in Eustathii interpretationem Homeri carminum pervenerint, praesertim cum eius aequales Neoplatonicorum scriptis usi sint. Sed egregie falsus eram. Nam *nusquam observavi conexum inter utrumque genus explicationum* perpaucis exceptis locis, quorum indoles minime sufficit, ut artius quoddam vinculum statuere liceat.

[1]) Illum Hermogenis doctrinam Homero admovisse iam vidimus p. 62.
[2]) cf. p. 67, adn. 2.
[3]) II, 55 ed. Rabe.
[4]) Unde simul apparet eum non post annum 400 fuisse.
[5]) I, 9, 10 R. = Joh. Sic. VI, 98 W., Maxim. Planud. V, 443 W.
[6]) l. l. II, p. IV.

Ergo quaestio illa in medio relinquenda est. Quod mihi ipse concedes, si perlegeris locos non ita multos, quibus commentatores Hermogenis praecepta Homericis exemplis illustrant. Quos ad extremum apponere liceat. Nam puto eiusmodi collectionem non plane utilitate carere.[1])

Doxopater in Aphthon. II, 210 W: *ἔτι δὲ καὶ ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ τῶν διηγημάτων ἐκθέσει σαφηνείας,*[2]) *ἥτις ἐστὶν ἀρετὴ διηγήματος, ὅτι μάλιστά ἐστιν ἐργαστικὸν τὸ προτίθεσθαι πάντων τὸ πρόσωπον, ὡς ἔχει καὶ τὸ Χρύσης ἱερεὺς Ἀπόλλωνος καὶ τὰ πλείω τῶν διηγημάτων.*

ib. II, 219 W.: *ποιεῖ δὲ καὶ ὀνοματοποιία ἀσάφειαν, ὡς τὸ σίζεν ὀφθαλμός,* (ι 394) *παρ' Ὁμήρῳ καὶ τὸ κελαρύζει* (Φ 261) *καὶ τὰ ὅμοια.*

ib. II, 224 W: *καὶ ἔτι* (sc. *γίνεται ἀσάφεια*), *ὅταν τι μόριον σημαινόμενον πάλιν τι ἄδηλον, εἰ μετά τινος συντέτακται, οἷον οἱ δὲ καὶ ἀχνύμενοί περ ἐπ' αὐτῷ ἡδὺ γέλασσαν* (B 270)· *ἀμφίβολον γάρ, πότερον ἐπὶ τῷ Θερσίτῃ ἀχνύμενοι ἢ ἐπὶ τῇ καθολκῇ τῶν νεῶν μᾶλλον, ὅπερ καὶ ὁ ποιητὴς λέγειν ἐβούλετο·*[3]) cf. II, 325,20 W.

anonym. VII, 924 W. ad *puritatem: δεῖ φυγεῖν τοὺς καλουμένους τρόπους καὶ τὰς τροπικὰς λέξεις· εὕροις δὲ τὰς τοιαύτας λέξεις μάλιστα παρ' Ὁμήρῳ· φιλῶν γὰρ τὰς ἐμφαντικὰς λέξεις κέχρηται συνεχῶς τοῖς τρόποις ὡς ἔχει τὸ πόδας πολυπίδακος Ἴδης* (Y 50) *καὶ τὸ ἄκρην κὰκ κορυφήν* (Θ 83); cf. Maxim. Planud. V, 468 W.

Maxim. Planud. V, 433 W. ad Hermog. II, 255,26 Sp. ad *gravitatem: ὅμοια καὶ ταῦτα τὰ Ὁμήρου ἔπη· ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων· ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο· μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον* (A 528—30) *καὶ· στῆ δ' ὄπιθεν, ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε Πηλεΐωνα, οἴῳ φαινομένη· τῶν* <*δ'*> *ἄλλων οὔ τις ὁρᾶτο* (A 197—98) *καὶ· ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀιστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο, αὐτοῦ κινηθέντος· ὁ δ' ἤιε νυκτὶ ἐοικώς* (A 46. 47) *καὶ· φράζεο, Τυδεΐδη, καὶ χάζεο, μηδὲ θεοῖσιν ἶσ' ἔθελε φρονέειν, ἐπεὶ οὔ ποτε φῦλον ὁμοῖον ἀθανάτων τε θεῶν χαμαὶ ἐρχομένων τ' ἀνθρώπων.* (E 440—42). = anon. VII, 850, adn. W., ubi E 341 exempli causa additum est, et in fine legitur:

[1]) Ubi nil adnotavi, apud Eustathium nihil inveni, quid illi respondeat.

[2]) Quae de perspicuitate excerpsi, num ad ideam recte pertineant, dubium est, sed addidi, ne quis quid desideret.

[3]) Eustath. p. 218 adnotat *σχῆμα ἀμφιβολίας.*

ταῦτα γὰρ πάντα μεγαλοπρεπῆ καὶ τίμια, καὶ ὡς ἀληθῶς κρειττόνων λόγοις ἐοικότα.

Choeroboscus, de tropis III, 244 Sp.: *παραλαμβάνεται δὲ αὕτη* (sc. allegoria) *καὶ διὰ σεμνότητα καὶ δι' εὐλάβειαν· σεμνότητα μέν, ὡς ἔχει τὰ περὶ τῆς Ἥρας, ἐν οἷς φησιν ὁ Ζεὺς πρὸς αὐτήν· ἦ οὐ μέμνησ' ὅτε ἐκρέμω ὑψόθεν· ἐκ δὲ ποδοῖιν ἄκμονας ἧκα δύο· περὶ χερσὶ δὲ δεσμὸν ἴηλα χρύσειον* (O 18)· *ἧς ἡ ἔννοια αὕτη κτλ. δι' εὐλάβειαν δέ ὡς τὸ λῦσε δὲ παρθενικὴν ζώνην* (λ 245) *ἀντὶ τοῦ ἔφθειρεν.*[1])

Joh. Siceliotes VI, 299 W.: *σεμνότης δὲ εἶδος οὖσα τοῦ μεγέθους τοῖς ἐνδόξοις καὶ ἀξιωματικοῖς προσώποις ἁρμοδία· ἑνοῦνται δ' οὖν ὡς Ὅμηρος πλάττει τὸν Ἀχιλλέα θρηνοῦντα μὲν τὸν Πάτροκλον, ἀπειλοῦντα δὲ τοῖς Τρωσί, καὶ μὴ πρότερον θάψαι λέγοντα, πρὶν ἀπὸ παντὸς εἴδους τῶν Τρωικῶν συγκαύσειεν ἀνὰ δώδεκα· τὸ μὲν γὰρ ἀνδρὸς, τὸ δὲ θρηνεῖν ἀμέτρως παιδὸς καὶ γυναικός· διαιρήσεις δ' ἂν τὰς ἰδέας, ὅτι τῇ σεμνότητι ῥυθμοὶ μεγαλοπρεπεῖς, τῷ ἀφελεῖ δὲ τἀναντία.*

Gregor. Corinth. VII, 1161 W.: *ἔνιαι δὲ μεταφοραὶ σμικροπρέπειαν μᾶλλον ποιοῦσιν ἤπερ μέγεθος· ἀμφὶ δὲ σάλπιγξεν μέγας οὐρανός* (Φ 380)· *οὐρανὸν γὰρ ὅλον ἠχοῦντα οὐκ ἐχρῆν προσεικάσαι σάλπιγγι ἠχούσῃ, πλὴν εἰ μὴ ὑπεραπολογεῖται Ὁμήρου λέγων ὡς οὕτω ἤχησεν ὡς εἴ τις ἤχησε σάλπιγξ.*[2])

Maxim. Planud. V, 485 W.: *ὅλως πάντα τὰ φωνήεντα πλὴν τοῦ ῑ καὶ τοῦ ε̄ τοῖς σεμνοῖς συμβάλλεται λόγοις, σεσηρέναι δέ ἐστι τὸ εἰς μῆκος ἀλλὰ μὴ εἰς πλάτος ἐκτείνειν τὸ στόμα· ὡς ἐπὶ τῶν γελώντων· οὕτω δὴ καὶ τὸ Ἕκτωρ ἦφι βίηφι πιθήσας ὤλεσε λαόν* (X 107) *οὐ σεμνὸν ἀλλ' εὐτελές.* cf. anon. VII, 889 W., qui statuit vocales *ᾱ η̄ ω̄* idoneas esse *σεμνότητι* atque exempli gratia affert *βοόωσι, Πηληϊάδεω* et VII, 972 W.

anon. VII, 964 W.: *τὸν ἦχον αὐτὸν κυρίως σεμᾶναι βουλόμενος ἐμφαντικῇ ἐχρήσατο λέξει τῷ στομφάζειν, ὥσπερ καὶ ὁ ποιητὴς πρὸς ἦχον τῶν τόξων ἐξ αὐτῆς σχεδὸν ὑπεσήμανε τῆς λέξεως· οἷον λίγξε βιός* (Δ 125).

Greg. Corinth. VII, 1252 W. de eadem materia disserens, multa profert exempla Homerica, sed nulla apparet affinitas cum Eustathio.

Joh. Sic. VI, 224 W.: *εἰκότως γὰρ τὴν λέξιν ἔμμεσον δεῖ*

[1]) Omisi locos, qui tantum vituperant, quod Hermogenes elegerit exempli causa λ 245: *τὸ γὰρ παρ' Ὁμήρῳ λίαν αἰσχρόν.* (anon. VII, 851 W.).

[2]) Eustathius quoque eundem reprehendit locum, sed alia ex causa; cf. p. 1242: *οὐ συνεξῆρται μὲν τῇ τῆς μάχης ταύτης σεμνότητι· τί γὰρ μέγα, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἐρρέθη, σαλπίζειν τὸν οὐρανὸν, ὅπου βροντᾶν ἔδει.*

ἔχειν · ὥσπερ γὰρ αἱ δι᾽ ὅλων μακρῶν ἀργὸν τὸν λόγον ποιοῦσι καὶ δυσκίνητον, οὕτως αἱ δι᾽ ὅλων βραχειῶν τοῦ δέοντος γοργότερον· τοῦ μὲν προτέρου παράδειγμα· τὼ δ᾽ ἐν Μεσσήνῃ ξυμβλήτην ἀλλήλοιϊν (φ 15)· ἐμιμήσατο γὰρ ὁ ποιητὴς τὴν ἐξ ὁδοπορίας δυσκινησίαν διὰ τῶν ἐπαλλήλων ῥυθμῶν· τοῦ δὲ δευτέρου· Ἕκτωρ ἧφι βίηφι πιθήσας ὤλεσε λαόν (X 107)· ἀλλότρια γὰρ ἑκάτερα τῷ σεμνῷ, τὸ μὲν διὰ τὴν ἄμμετρον ὀργίαν, τὸ δὲ διὰ τὴν σπουδήν . τὰ δὲ μέσως ἔχοντα τῶν λέξεων ὀνόματα πάνυ σεμνά.

Joh. Sic. VI, 301 W.: . . . . . ἐπὶ δὲ τῶν μὴ τοιούτων ἄκρατος ἡ τραχύτης· κυνὸς ὄμματ᾽ ἔχων, κραδίην δ᾽ ἐλάφοιο. (A 225).

anonym. VII, 1025 W. ad περιβολήν: ὡς ὁ ποιητὴς ἀπὸ τῆς ὀργῆς Ἀχιλλέως ἤρξατο, ὃ δεύτερον ἦν, εἶτα ἐπήγαγε τὴν αἰτίαν τῆς ὀργῆς, ὃ ἦν πρῶτον.[1])

Joh. Sic. VI, 345 W.: κάλλους δὲ καὶ ταῦτα· τίς δὴ ἡ τῶν κυανέων ὀφρύων ἐπίνευσις (A 528) καὶ ἡ τῶν ἀμβροσίων τριχῶν συγκίνησις; τίς δὲ ὁ τιτρωσκομένος Ἄρης καὶ χαλκῷ κεράμῳ κατακλειόμενος; (E 387) οὐ μολύνει δὲ αὐτὰ ἡ πεῦσις πρὸς τὸ μὴ εἶναι καλὰ ἑτέρας οὖσα ἰδέας· ἐπεὶ τὸ εὔκρινὲς διὰ τὸ καθαρὸν οἰκεῖον κάλλει· ἥ τε γὰρ ἐπιμονὴ καὶ ἐπαναφορὰ κάλλους γλυκέα διὰ τὴν ἔννοιαν οὖσαν μυθικωτέραν.

Maxim. Planud. V, 518 W. ad Hermogenis locum de numeris pulchritudinis disputat de versibus, quorum numeri solutae orationi adaptati sint, quae prorsus ad artem metricam pertinent.

Gregor. Corinth. VII, 1188 W. de vi epanaphorae exponit ad *B* 671, qua vir ceterum ignobilis propter corporis pulchritudinem exornatur atque praedicatur, cum plane evanuisset inter multitudinem, si poeta ita dixisset: Νιρεὺς ὁ Ἀγλαίας υἱὸς ἐξ Αἰσίμνης τρεῖς νῆας ἦγε. Sed ἐπεὶ πρόσωπόν τι ὑπέκειτο εὐμορφίᾳ[2]) κοσμούμενον, διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἐπαναφορὰν ἥτις ἐστὶ σχῆμα κάλλους παρέλαβεν.[3])

Doxopater in Aphthon. II, 227 W.: τὸ ἀσύνδετον κομματικὸν (pars ergo γοργότητος) ὡς ἔχει τό· ἤομεν ὡς ἐκέλευες, ἀνὰ δρυμά, φαίδιμ᾽ Ὀδυσσεῦ· εὕρομεν ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα Κίρκης. (κ 251).[4])

Syrian. I, 75, 3 R. ad Hermog. II, 354, 4 Sp.: οἷον ὄγχνη

[1]) Consentit Eustathius p. 15, quem locum exscripsi p. 28.

[2]) ἀμορφίᾳ cod.

[3]) Eustath. ad l. l. (317): καὶ ὅρα ὅπως τὸν καλὸν Νιρέα σχήματι κάλλους τῇ ἐπαναφορᾷ συνεξωράισε.

[4]) Eustath. p. 1657: καλὸν ἐν τούτοις καὶ ἡ ἀσύνδετος εἰσβολή.

ἐπ᾽ ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ᾽ ἐπὶ μήλῳ, αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλή, σῦκον δ᾽ ἐπὶ σύκῳ (η 120); idem Joh. Sic. VI, 386 W. et Maxim. Planud. V, 530 W., qui addit ἐγγύς ἐστι γλυκύτητος. Pertinet autem ad *simplicitatem*.

Joh. Sic. VI, 385 W. ad Hermog. II, 354, 27 Sp.: ἐν τοῖς ἐπιχειρήμασιν ἀπὸ τῶν ἀλόγων ζῴων οἱ ποιηταὶ τὰ παραδείγματα εἰσάγουσιν ἐξ ἑνὸς, οἷόν· ὥς τε λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας (Γ 23) καὶ ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ὄνος παρ᾽ ἄρουραν ἰὼν ἐβιήσατο παῖδας (A 558). = Maxim. Planud. V, 530 W.

Doxopater in Aphthon. II, 526 W.: ἀφελείας γὰρ καὶ γλυκύτητος τοῦτο, τὸ μὴ προηγησαμένου τοῦ μὲν ἐπαγαγεῖν τὸ δὲ, ὥσπερ ἐκεῖνο δεινότητος, τὸ προτιθεμένου τοῦ μὲν μὴ ἐπιφέρειν τὸ δὲ, ὅπερ καὶ παρὰ τοῖς τεχνικοῖς ἀπόλυτος λέγεται μερισμός . ἐχρήσαντο δὲ τούτῳ καὶ τῶν θύραθεν μὲν πολλοί, καθὰ καὶ ὁ κορυφαῖος τῶν ποιητῶν Ὅμηρος· ὡς τὸ· Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως καὶ Λήϊτος ἦρχον. (B 494).

Joseph. Racendyt. III, 509, W. υ 339 habet pro iureiurando pathetico.[1])

Planudes V, 559 W.: ὅρκος· ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον (A 234).

Joseph. Rhacendyt. III, 534 W.: γλυκύτης δέ ἐστιν τὸ τοῖς ἀψύχοις τὰ τῶν ἐμψύχων προσάπτειν καὶ τὰ τῶν λογικῶν τοῖς ἀλόγοις, ὁποῖον τό μῆνιν, ἣ μυρία τοῖς Ἀχαιοῖς ἄλγε᾽ ἔθηκε καὶ πολλοὺς Ἄιδι προΐαψεν (A 2)· ἐμψύχων γὰρ τὸ ποιῆσαι τάδε καὶ προπέμψαι εἰς Ἅιδην καὶ τὸ νοῦσον ὦρσεν ἀνὰ στρατόν· οὐ γὰρ ἐγείρεται ἡ νόσος ἀλλὰ τὰ ἔμψυχα.

Syrian. I, 77, 2 R. ad Hermog. II, 358, 13 Sp.: οἷον ἡνίκα τὸν Πριάμου καὶ Μενελάου οἶκον ἐκφράζοι Ὅμηρος ἢ τὸν Ἀλκινόου κῆπον ἢ τὰς ἐν Τροίᾳ πηγὰς θερμοῦ καὶ ψυχροῦ ὕδατος. = Maxim. Planud. V, 534 W.

Syrian. I, 14, 22 R. ad Hermog. II, 269, 19 Sp.: καὶ ὅσαι τὰ ταῖς αἰσθήσεσιν ἰδέα ἐκφράζουσιν, ὄψει, ἀκοῇ, ὀσφρήσει, γεύσει, ἁφῇ, ὡς Ὅμηρος τοῖσι δ᾽ ὑπὸ χθὼν δῖα φύεν νεοθηλέα ποίην λωτόν θ᾽ ἑρσήεντα ἰδὲ κρόκον ἠδ᾽ ὑάκινθον. (Ξ 347).

Syrian. I, 16, 24 R. ad Hermog. II, 269, 24 Sp.: διῃρημένη μὲν ὡς τὸ κατὰ μῆρ᾽ ἐκάη ,κατὰ ταῦρον ἐδηδώς, διά τε σκόλοπας καὶ τάφρον ἔβησαν, πλατεῖα δὲ ὡς τὸ βοόωσι, Πηληϊάδεω.

Syrian. I, 82, 12 R. ad Hermog. 379, 5 Sp. ad *veri-*

[1]) Eustath. p. 1894: Τηλέμαχος ὅρκον ποιησάμενος ἠθικῶς (non παθητικῶς ut Josephus).

tatem: ἔνια δὲ τοῦ πράγματος ἐνοχλοῦντα πείθεσθαι μὴ συγχωρῇ, ὡς παρ' Ὁμήρῳ · ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα, γέρον, κατὰ μοῖραν ἔειπες, ἀλλ' ὅδ' ἀνὴρ ἐθέλει. (Α 286); cf. Maxim. Planud. V, 539 W.

Syrian. I, 94, 20 R. ad Hermog. II, 397, 16 Sp.: ad δεινότητα: τὰς μὲν οὖν ἰσχυροτέρας τῶν ἐννοιῶν καὶ ἐφ' αἷς σφόδρα πέποιθεν ὁ λέγων πρώτας τε καὶ τελευταίας ὁ ἐπιστήμων τάξει, τὰς δὲ σαθροτέρας ἐν μέσῳ κατακρύψει τὸν Ὁμηρικὸν ἀτεχνῶς ἐκμιμούμενος Νέστορα καὶ τοὺς κακοὺς ἐς μέσον ἐλαύνων. (Δ 299). = Maxim. Planud. V, 552 W.;[1]) cf. Tzetzen, An. Ox. IV, 94.

Joh. Sic. VI, 451 W.: δεινὸν δέ φησι τὸν ἱκανὸν τοῖς εἴδεσι τοῖς ποιητικοῖς χρῆσθαι πρὸς τὸ πρέπον, πρὸς ὅν ὁ κρείττων οὐδεὶς Ὁμήρῳ · τέως μὲν οὖν δεινὸν λέγει τὸν τοιοῦτον ἀλλ' οὐ τὸν τοῖς βαθείοις καὶ ἀσάφεσι καὶ τοῖς τοιούτοις χρώμενον, οὐδὲ τὸν φοβερόν, θηρίου γάρ, ἀλλ' οὐδὲ τὸν μέγαν, ἐλέφαντος γάρ, ἀλλ' οὐδὲ τὸν ἰσχυρόν, λέοντος γάρ · εἶτα δείξας ἐκ τοῦ ἀκριβεστέρου περὶ ποίου δεινοῦ λέγει ὁ ποιητής, ὅτι περὶ τοῦ εἰδότος χρήσασθαι καλῶς τοῖς πράγμασι, καὶ ὥσπερ ἀναποδείκτως καταδραμὼν τῆς ἐξ ἀντιθέσεως ἐνστάσεως, μετὰ ἀποδείξεων παραδειγματικῆς πιστοῦται τὸν λόγον τῆς ἀπὸ τοῦ Ὀδυσσέως δημηγορίας πρὸς τοὺς Τρῶας, ἣν Ὅμηρος δείκνυσι λέγων ἀπὸ τοῦ Ἀντήνορος οὕτως· ἀμφοτέρων δὲ φυὴν ἐδάην καὶ μήδεα πυκνά κτλ. (sequuntur Γ 208, 209, 212—16, 221, 222). ἐκ τούτων δὴ τεκμηράμενος ὁ τεχνικὸς τὴν τοῦ ἥρωος δύναμιν ἐν τῷ λέγειν καὶ δεινότητα κατὰ καιρὸν, καὶ πρόσωπα προσηκόντως τὸν λόγον πιστοῦται καὶ ἀληθῶς εἰ πλάσαιτό τις, τίνας ἂν εἴπῃ λόγους σοφὸς ἀνὴρ πρὸς ἀσεβεῖς ἀνθρώπους καὶ μικροὺς, οὐκ ἀλλοίους καὶ τοιούτους ἐρεῖ . . . τὸ γὰρ ὄπα μεγάλην καὶ νιφάδεσσιν ἐοικότα οὐδὲν ἄλλο δηλοῖ ἢ ὅτι μέγας μὲν ἦν τῷ μεγαλείῳ, πολὺς δὲ τοῖς ἐνθυμήμασι, διῃρημένος δὲ τοῖς κόμμασι τῆς τραχύτητος καὶ σφοδρότητος· ὑπὲρ Ἑλλήνων γὰρ ἀδικηθέντων ἐδημηγόρει · ἀκμαῖος δὲ ταῖς καταδρομαῖς · τοιαύτη γὰρ ἡ χειμέριος νιφάς · ἀκλόνητος δὲ τῷ εἴδει καὶ ἀδεής · τοιοῦτος γὰρ ὁ πρὸς ἑαυτὸν συστρέψας τὸν ὀφθαλμὸν καὶ τὸν νοῦν τοιαῦτά τινα λέγων · ἄσπονδοι ἐστὲ ὦ Τρῶες, βίαιοι, ἅρπαγες, ἀνόσιοι εἰς τοὺς ξένους, ἀσεβεῖς εἰς τὸ θεῖον, ἀγνώμονες εἰς τοὺς εὐεργέτας, λοιμοί, φαρμακοί, μοιχοί, ἀλάστορες, ἀποτρόπαιοι μήτε θεοὺς αἰδούμενοι ἢ φοβούμενοι μήτε ἀνθρώπους αἰσχυνόμενοι καὶ τὰ ὅμοια . οὐ μὴν ἐν τοῖς Φαίαξιν

---

[1]) Quod Eustathius quoque uno loco commendat.

τοιοῦτος· ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν, ὅτι καὶ τὰ πρόσωπα καὶ τὰ πράγματα διαφέρει.

Georgius Plethon. VI, 586 W.: πρὸς τούτοις δὲ τὸν ῥήτορα οὐ χρὴ τὸν λόγον ἀναλαμβάνειν ἀναμιμνήσκοντα καὶ ὑποκρίνεσθαι τῶν προκειμένων τὰ ἤθη καὶ πάθη καὶ λόγῳ καὶ σχήματι ὡς ὁ δαιμόνιος Ὅμηρος.

Haec fere habui, quae oculis subicerem. Statuendum igitur est, nisi nova quaedam eruentur auxilia, *Eustathii fontem, unde non nulla hauserit, nobis occultum et obscurum esse mansurum.* Nam loci, qui sunt de iure iurando et de epanalepsi, ubi similitudo quaedam apparuit, ex commentariis ad librum περὶ μεθόδου δεινότητος excerpta sunt,[1]) quibuscum etiam alibi Eustathius consentit.

---

[1]) ad II, 433 et 442 Sp.

II.

Caput I.

Si autem Eustathio iam omisso ad ipsa scholia, quae exstant ad Homerum rhetorica, accedimus, quaestio minime neglegenda exoritur, quibus ex fontibus illa fluxerint.

Qua in re certe operae pretium est indagare, **quid in eis Aristoteli debeatur**, philosopho illi, qui studiorum varietate, rerum scientia, inventionum acumine omnes omnium aetatum Graecorum et Romanorum viros doctos superaverit. Quod munus ut suscipiat, eo facilius quis adducitur, quia fragmentorum quaestionum Homericarum, quibus ars et consilium poetae accurate plerumque et subtiliter examinatur, haud parvus numerus in scholiis servatus est, ex quibus apparet, quanto amore princeps philosophorum principem poetarum amplexus sit[1]). Accedit, quod scholia, quae sunt de Homeri arte poetica maxima e parte profecta sunt a grammatico quodam, qui Aristotelea imbutus erat disciplina. Nam scholiastae Iliade et Odyssea acceptis pro magnis quasi tragoediis leges, quas Aristoteles de arte poetica statuit, in Homerum transferre conati sunt. Qua de re hoc loco me non accuratius disserere posse doleo. Sufficiat lectores ablegare ad ea, quibus hanc rem adumbraverunt magis quam absolverunt Trendelenburg[2]), Roemer[3]), Adam[4]), ut hodie

[1]) Quas genuinas esse iniuria negant Rose, Aristoteles pseudepigraphus, 1863, p. 149 sqq., Lehrs, de Aristarchi studiis Homericis,[2] 222, alii, quibus tantum concedendum est aliena eis esse admixta; cf. R. Wachsmuth, de Aristotelis studiis Homericis, 1863, p. 20, Schrader, Porphyrii quaestionum Homericarum ad Iliadem pertinentium reliquiae 415 sqq., Heitz, die verlornen Schriften des Aristoteles, 1865, 258 sqq., Roemer, relationes academiae Monacensis, 1884, 285.

[2]) Grammaticorum Graecorum de arte tragica iudiciorum reliquiae, 1867, 70 sqq.

[3]) Exegetische Scholien der Ilias, p. VI sqq.

[4]) Die aristotelische Theorie vom Epos bei Griechen und Römern, 1889.

quoque Roemeri verba recte se habeant[1]): **Es waere gewiss eine dankenswerte Arbeit, wenn jemand den Versuch machen wuerde, das hier** (sc. in scholiis exegeticis) **zerstreute Material zu sammeln und zu ordnen, damit wir ein anschauliches Bild bekaemen von der aesthetischen Kritik der Alten, wie wir sie in diesen Scholien und anderwaerts ausgeuebt finden.**

Quibus consideratis tuo quodam iure exspectabis non frustra esse conamen praecepta de arte rhetorica quoque, quorum tam largam messem scholia praebent, ad eundem referre Aristotelem.

Quocum optime convenire videntur, quae scholia in A, B, G_1, M, T, ad B 278 narrant, *de tribus generibus dicendi.* Quem numerum primum invenimus apud Aristotelem, sive eum primus invenit, sive a maioribus traditum primus exposuit[2]). Neque ille consensus fortuitus est, quod apparet, si ipsa verba comparamus.

Arist. rhet. I, 3, 1358 a, 35.	schol. *B* 278.
ἔστιν δὲ τῆς ῥητορικῆς εἴδη τρία τὸν ἀριθμόν . . . ὥστ' ἐξ ἀνάγκης ἂν εἴη τρία γένη τῶν λόγων τῶν ῥητορικῶν,	*τρία ῥητορικῆς εἴδη,*[3])
συμβουλευτικόν, δικανικόν, ἐπιδεικτικόν . συμβουλῆς δὲ τὸ μὲν προτροπὴ τὸ δὲ ἀποτροπή· . . . δίκης δὲ τὸ μὲν κατηγορία τὸ δ' ἀπολογία· . . .	*συμβουλευτικόν, ὅ ἐστιν*[4]) *ἐκ προτροπῆς καὶ ἀποτροπῆς ὡς νῦν, δικανικόν, ὃ ἐκ*[5]) *κατηγορίας καὶ ἀπολογίας ὡς τό·*[6]) *δύο δ' ἄνδρες ἐνείκεον εἵνεκα ποινῆς“* (*Σ* 498)·
ἐπιδεικτικοῦ δὲ τὸ μὲν ἔπαινος τὸ δὲ ψόγος.	*πανηγυρικὸν ἐξ ἐγκωμίου καὶ*[8]) *ψόγου*[7]) *ὡς*[8]) *ὦ μάκαρ Ἀτρείδη* (*Γ* 182) *καὶ*[9]) *οἰνοβαρὲς κυνὸς ὄμματ' ἔχων.* (*A* 225).

[1]) l. l. p. XVII.

[2]) Quod Spengelius contendit in editione artis rhetoricae, 1867, II, 75; cf. Volkmann, rhet. 17 sqq.

[3]) *ἤδη* M.

[4]) *ὅ ἐστιν* om. T.

[5]) *ὃ* add. B.

[6]) *τό* add. B.

[7]) *λόγου* G_1.

[8]) *καὶ* et *ὡς* om. T.

[9]) *καὶ* om. M., inde a *καὶ* omnia omisit T.

Sed tamen ex illa intima propinquitate locorum nondum sequitur, ut alter ex altero descriptus sit, cum illam Aristotelis divisionem omnes posteriores acceperint[1]): cf. e. g. Quint 2, 17, 8, Cornif. 1, 2, 2, Gell. 7, 14, Philodem. 31,21 (ergo Epicurei eandem acceperunt doctrinam), D. L. 7, 42 (nec non stoici), rhet. Gr. II, 2; II, 122; IV, 713; V, 212; 335 W., ita ut recte dixerit Spengelius[2]): „Wenn auch die späteren Rhetoren den Aristoteles wenig beachten, indirekt ist vieles für immer geltende Norm geworden".

Ratio prorsus similis intercedit inter scholia ad *Α* 303 *ἐναργῶς δὲ πέφανται τὸ περὶ τὸ δόρυ μεθ' ὁρμῆς ἐκχεόμενον αἷμα καὶ πάντας ἐμψύχους ἔλεγεν εἶναι παρὰ αὐτῷ τὰς*[3]) *λέξεις Ἀριστοτέλης*. BT. *Α* 481 *πρῆσεν·*] *Ἀριστοτέλης φησὶν ὡς κινούμενα ὀνόματα γράφει ὁ ποιητής*. BT. cf. *Π* 283 *πάπτηνεν*] *δεινότατον τῶν ἐπῶν Ὁμήρου τοῦτό φησιν Ἀριστοτέλης, ἐν ᾧ πάντες φευκτιῶσι, καὶ οἰκεῖον βαρβάρων*. T. et rhet. III, 11, 1411 b, 31 sqq., inprimis 1412 a, 8 *κινούμενα γὰρ καὶ ζῶντα ποιεῖ πάντα, ἡ δ' ἐνέργεια κίνησις,*[4]) unde Plutarchus quoque pendet, de Pyth. orac. 8. Qua autem via illa in scholia delapsa sint, nunc demonstrare non licet, neque tamen crediderim ipsum Aristotelis opus fontem fuisse. Neque me dedocebit, quod certissima adsunt indicia ex doctrina, quam illo ipso loco de metaphoris Aristoteles refert, scholiastam ad explicandum Homerum fructum cepisse. Confer cum eis, quae leguntur rhet. III, 11, 1411 b, 22, e. g. *Β* 86 *ἀπὸ ἐμψύχου εἰς ἔμψυχον* G_2. *Κ* 372 *ἔξεστιν εἰπεῖν, ὅτι καὶ τὰ βέλη ὡς ἔμψυχα τῷ ποιητῇ συναγωνίζεται*. BT. *Α* 53 *οὐκ εἶπεν ἐπεπέμπετο, ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ ἐμψύχῳ εἴδει ἐπορεύετο*. BT. *Δ* 126 *ὁ τρόπος μεταφορὰ ἀπὸ ἐμψύχων ἐπὶ ἄψυχα.*[5]) G_2. Quam lubricum enim sit, inde praeoccupata mente de auctore iudicare, docet Pseudo Plutarchus, de vit. et poes. Hom. 20, qui eadem translationis genera exhibet, quem in universum stoicos secutum esse nemini ignotum est. Ceterum in scholiis nulli versui eorum, quos Aristoteles ad illustranda verba sua elegit, nisi *Δ* 126 aliquid adscriptum est, quod ad translationem spectat.

---

1) Volkmann l. l. p. 21 sq.

2) Philol. 18, 618.

3) add. T.

4) Sed miror, qua fiducia fretus Rose (Arist. pseudepigr. p. 145 et in collectione fragmentorum bibliothecae Teubnerianae 130, cuius adscripsi numeros) illa tribuerit ei arti, quae *Θεοδέκτεια* vocabatur, cum ne minimum quidem testimonium affere potuerit, inde illa deprompta esse.

5) *ἀψύχων* G_2.

Alia ergo quaerenda sunt. Et occurrit quaerenti ingens ille numerus adnotationum, quibus agitur *de terrore et misericordia*[1]); quos affectus oratores audientibus iniciant oportet, quo ab eis facilius impetrent, quae assequi student. Nam hac via et ratione oratorem optime, quae sibi proposuit, impetrare solere exponit Aristoteles rhet. II, 5 et 8. Neque negari potest hic illic, quae scholia proferunt, optime congruere cum Aristotelis sententiis. Attamen iterum monendum omnes, qui eloquentiae operam dederunt, intellexisse, quanta vis ad commovendos hominum animos metui et misericordiae insit. Ac ne dictionis quidem color respondet Aristotelico, neque raro occurrunt, quae minime profecta esse videntur ex Aristotelis disciplina, ita ut concedamus illis quoque locis affirmari non posse ipsum Aristotelem in componendis scholiis adhibitum esse.

Sed me falsum esse dixerit quispiam apparere ex scholio Lipsiensis ad *Ο* 116: *δύο πάθη ἀστεῖά φησιν ὁ Ἀριστοτέλης, τὸ μὲν ἓν λέγει τὴν τύχην παρὰ τὴν ἀξίαν, ὅπερ καὶ ἔλεος, καθὸ ὁ Ἄρης τοιοῦτος ὢν στερεῖται τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· τὸ δὲ ἕτερον εὐτυχία παρὰ τὴν ἀξίαν· ὅπερ καὶ νέμεσις, καθὸ ὁρμᾷ ὁ Ἄρης κατὰ Διὸς ἐλάττων ὤν.*

Praeter ipsum laudatum Aristotelis nomen ille ad suam opinionem defendendam attulerit similitudinem quandam cum rhet. II, 8, 1385 b, 13 et II, 9, 1386 b, 9. Sed recte Heitzius contra dicit concesso illo consensu[2]): „Dagegen bleibt der Ausdruck *πάθη ἀστεῖα* uebrig, und es waere dies das einzige Beispiel von Belesenheit in der Rhetorik von Seiten eines homerischen Scholiasten". Accedit alios exstare locos, unde illa optime petita esse possunt, e. g. eth. Nic. II, 7, 1108 b, 3, III, 7, 1114 a, 26. Constat autem alia quoque, quae pertinent ad mores educandos ex peripateticorum disciplina profecta dispersa per scholia iacere. Satis erit animum advertere ad observationes haud ita raro adscriptas similes eis Theophrasti in characteribus.

Sed, ut iam progrediamur, pauca de *narratione* dicenda

---

1) Minime in animo habeo illas exscribere: liceat ad priores 6 Iliadis libros locos praecipuos adnotare; de timore *Α* 21 ABT, *Α* 152 G_2, *Α* 242 MG_1, *Β* 196 ABT, *Β* 345 BT, *Β* 360 G_1, *Β* 391 BT, *Β* 801 B, *Γ* 276 G_2; de miscricordia *Α* 13 BTG_2AMP_4, *Α* 19 G_2, *Α* 20 B, *Α* 33 BT, *Α* 505 BT, *Β* 232 BT, *Β* 703 B, *Γ* 306 BT, *Γ* 242 BT, *Δ* 55 T, *Δ* 156 BT, *Ε* 663 BT, *Ζ* 55 T, *Ζ* 413 BT. Plura, sed minime omnia invenis apud Adam l. l. 33, qui adnotationes ad arte poeticam pertinentes ab eis, quae ad artem rhetoricam spectant, di cernere omisit.

2) l. l. p. 261.

sunt, de qua Aristoteles praecipit rhet. III, 16, 1416 b, 16: *διήγησις δ' ἐν μὲν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς ἐστιν οὐκ ἐφεξῆς ἀλλὰ κατὰ μέρος* et l. 22: *διὰ δὲ τοῦτ' ἐνίοτε οὐκ ἐφεξῆς δεῖ διηγεῖσθαι πάντα, ὅτι δυσμνημόνευτον τὸ δεικνύναι οὕτως.* Quocum plurima scholia convenire videntur, quibus Homerus praedicatur, quod de eadem re non omnia eodem loco exposuerit, sed hic illic totum per poema eiusdem argumenti partes dispersas tractaverit; e. g. *Λ* 123 BT, *Π* 180 BT, *Π* 433 BT, *Υ* 89 BT, *γ* 301 qt. Sed ne illi quidem nimium tribuas. Sic Theodorei permiserunt narrationem diversis locis fieri, cf. anon. Seguerianum 129.[1]) Fortunatianus Iuliusque Victor[2]) idem statuunt de genere iudiciali, quos ex stoicis pendere constat.[3])

Detegat porro forsitan quis propinquitatem quandam inter *ι* 12: *ἐπειδὴ μέλλει περὶ πραγμάτων διηγεῖσθαι ἠθικῶς προκατασκευάζει, ὅτι μᾶλλον τῷ ἡμετέρῳ συμποσίῳ ἁρμόζει καὶ ἡ τοῦ κιθαρῳδοῦ ἀκρόασις, ἵνα, ἐὰν ὀχληρὸς φαίνηται, τοῖς βιασαμένοις ἀναφέρωσι τὴν αἰτίαν. ἅμα δὲ καὶ προσοχὴν ἐργάζεται, ὅτι πολλὰ ἀπαγγελεῖ παράδοξα* t, et rhet. III, 16, 1417 a, 16: *ἠθικὴν δὲ χρὴ τὴν διήγησιν εἶναι,* qui tamen, si accuratius locos comparaverit, ipse concedet consensu tali nihil probari, et contra originem peripateticam pugnat vox *προκατασκευάζει.*[4]) Praeterea idem praescribunt e. g. Cic. de inv. I, 21, 70 et Theodorei.[5])

Cum praeterea dicit Aristoteles, rhet. I, 9, 1367 b, 29: *τὰ δὲ κύκλῳ εἰς πίστιν, οἷον εὐγένεια καὶ παιδεία· εἰκὸς γὰρ ἐξ ἀγαθῶν ἀγαθοὺς καὶ τὸν οὕτω τραφέντα τοιοῦτον εἶναι,* eandem sententiam profert, quae continetur schol. *α* 181: *διὰ τί πρῶτον εἶπεν, ὅτι βασιλέως υἱός εἰμι οὐκ ἄλλως πως, ἀλλ' ἵνα μεγάλου γένους ὑπάρχων προσέχῃ τὰ λοιπά.* m. *α* 433: *τοῦτο πρὸς τὸ δεῖξαι τὸ σῶφρον ἐκ γένους.* eq. *Α* 248: *καὶ ἐκ πατέρων ἔχων αὐτὸν ἐπαινεῖν, οὐκ ἀναγκαῖον ἡγήσατο κτλ.* BT. *Η* 128: *θαυμασίως τῆς εὐγενείας αὐτοὺς ὑπέμνησεν κτλ.* BT. Comparans *Ε* 392: *διὰ μειζόνων δὲ προσώπων παρεμυθήσατο τὴν Ἀφροδίτην.* BT cum rhet. II, 23, 1397 b, 12 rationem illam *ἐκ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον* reperire videaris.[6]) Eodem

---

1) I², 374 Sp.; cf. Schanz, Hermes, 1890, 47.
2) 111, 7 et 425, 1 H.
3) Eustathio quoque *διήγησις* illa *κατὰ μέρος* decantata est, qui minime Aristotelem adhibuit.
4) cf. infra, § 3.
5) anon. Seg. 99, I², 369, 19 Sp.
6) Locos posteriorum consentientes enumerat Spengel, Arist. rhet. II ad locum.

modo sibi respondent rhet. III, 11, 1413 a, 29: *εἰσὶ δὲ ὑπερβολαὶ μειρακιώδεις· σφοδρότητα γὰρ δηλοῦσιν· διὸ ὀργιζόμενοι λέγουσι μάλιστα· οὐδ' εἴ μοι τόσα δοίη κτλ.* (*Ι* 385—88), et *Ι* 379: *πλείσταις ὑπερβολαῖς λόγων εἰώθασιν οἱ ὀργιζόμενοι χρῆσθαι.* BT. Quae tamen non satis gravia sunt, quibus commovear, ut minus caute agam in statuenda cognatione inter Aristotelem et scholia, cum nimis raro inter se congruant neque certa indicia exstent, scholia ex Aristotele hausta esse.

Apparuit ergo res satis mira. *Nullum certum testimonium exstat ad doctissimi totius Graeciae viri praecepta commentatores in scholiis rhetoricis ad Homerum se adaptavisse*, quamquam ille in arte sua rhetorica Homerum haud raro respexit.

Immo *sunt, quae sententiis Aristotelis repugnant.* Sic e. g. plane cum Aristotele dissentit *Ε* 9: *τοῦτο τὸ εἶδος διήγησις λέγεται· τρεῖς δὲ ἀρεταὶ διηγήσεως, σαφήνεια, συντομία, πιθανότης κτλ.* A B D G_1 T.[1]) Quod scholium repetit praeceptum, quod plurimi receperunt, Isocratis de virtutibus narrationis. Auctor illius legis constat ex Quint. IV, 2, 31: „eam (sc. narrationem) plerique scriptores maximeque qui sunt ab Isocrate volunt esse lucidam, brevem, verisimilem."[2]) Hanc autem normam Aristotelem irrisisse discimus ex rhet. III, 16, 1416 b, 30, ubi dicit malignitate quadam verbo *σύντομον* in *ταχεῖαν* mutato: *νῦν δὲ γελοίως τὴν διήγησίν φασι δεῖν εἶναι ταχεῖαν.*[3])

Porro minime ab Aristotele profectae esse possunt adnotationes eiusmodi: *Β* 233: *μεθ' ὑποκρίσεως ἀντιπαρέθηκε πρὸς ἀγανάκτησιν*[4]) *τὰ ὀνόματα, ἐμφαίνων, ὅτι τὸν ἄριστον ὁ αἴσχιστος ὠνείδιζεν· ἠθικὴ οὖν*[5]) *ἔσται ἡ ἀνάγνωσις.* A B T. *ζ* 278: *βεβαιωτικῶς ἀναγνωστέον.* h. Spectant enim illae ad pronuntiationem, quem neque antea tractatam esse in artibus neque ipsum tractare in animo habere declarat Aristoteles rhet. III, 1, 1403 b, 20 sqq. Primus de agenda oratione scripsisse videtur Theophrastus. Immo vel auctor ad Herennium III, 11, 19 confitetur ne suis quidem temporibus quemquam diligenter de ea exposuisse.[6])

---

1) Idem in G_2 ad *Α* 7.
2) cf. D. H. de Lys. 18, 492 R.; de adm. vi dic. in Dem. 34, 1062 R.
3) cf. Quint IV, 2, 32; anon. Seg. 102 sq., I², 370, 9 Sp.
4) om. T.
5) *διὰ τοῦτο οὖν* B.
6) cf. Volkmann, rhet., 29, Spengel, *συναγωγὴ τεχνῶν*, 10.

At hac via non evincitur Aristotelem omnino non fuisse fontem scholiorum ad Homerum, cum singula ex diversissimis fontibus scholiastae et haurire potuerint et re vera hauserint. Me tamen optimo iure contendere Aristotelem in scholiis plane esse neglectum elucebit, si aggrediemur munus in eiusmodi quaestionibus utilissimum, dico, si *artis vocabula*, quae occurrunt, examinabimus et quaeremus, num illa eadem sint, quae Aristoteles adhibuerit.

Qua in re tamen cavendum est, ne temere procedamus. Initio enim *terminos quosdam removeamus*, quibus primo aspectu confirmari videtur doctrinae Aristoteleae rivulos in scholia manasse; eos dico, *qui semel in sermonem inducti* usu quodam rhetorico *ita placuerunt, ut ab omnibus omnium aetatum scriptoribus reciperentur*. Quorum in numero sunt figurae Gorgianae (*ἀντίθετον, ὁμοιοτέλευτον, πάρισον*), *αὔξησις, εἰκών, εἰρωνεία,*[1]) *ἦθος, ἠθικῶς, ἡδύ, παραβολή, πιθανόν, ὑπόνοια*. Neque ex illo ordine excipiendae sunt voces *γνώμη* et *ψυχρόν*, quarum de natura Aristoteles proprias composuit narratiunculas rhet. II, 21 et III, 3, quod aeque valet de *μεταφορά* et *ὑπερβολή*, quorum troporum vim atque usum exemplis ab Homero petitis illustravit.[2])

Eorum autem, quae ad nostrum finem conveniunt, haud pauca supersunt (30), *quae in scholiis non raro occurrunt, apud Aristotelem autem omnino frustra quaeruntur*, id quod certe non nihil valet. Sunt autem haec: *ἀντιπαράθεσις, ἀποσιώπησις, ἀποστροφή, δευτερολογία, διττολογία, ἔκφρασις, ἐκφώνησις, ἐπιφώνημα, ἠθοποιία,*[3]) *κακόζηλον, κόμμα,*[4]) *λεληθότως, λεπτολογεῖν, μετωνυμία, ὁμοιόπτωτον, παρετυμολογεῖν, παρολκή, παρονομασία, περικοπή, περίφρασις, προαναφώνησις, προέκθεσις, προκατασκευή, προσωποποιία, σαρκασμός, συνεκδοχή, ταυτολογία, ὑπεξαίρεσις, ὕστερον πρότερον*.

Iamiam ad reliquos terminos transituris liceat hoc loco paucis agere de eis *vocibus*, quas Hermogenes adhibuit *ad significandas ideas*. Nam Josephy[1]) recte vidit iam apud Aristotelem, rhet. III, 5—7 vestigia quaedam eius rationis exstare, qua ille orationis virtutes observavit. Ex qua multo post aliunde aliis additis doctrina de ideis exorta est. Investigavit apud Aristotelem semina *σαφηνείας, εὐκρινείας, καθαρότητος, δεινότητος, ἀληθείας, ἤθους, σεμνότητος, ὄγκου, γοργότητος*. Ille autem sententiarum conexum maxime respexit, nos, ut erat propositum, ipsa verba contemplamur. Omnino non leguntur apud Aristotelem *καθαρότης, γοργότης, ἐνδιαθέτως*. De reliquis sic res sese habet:

σαφήνεια ut ceteris omnibus ita Aristoteli quoque prima atque principalis virtus sermonis; cf. rhet. III, 2, 1404 b, 1 sqq., poet 22, 1458 a, 18 sqq. Neque silentio praetereeam ut apud Hermogenem ita apud Aristotelem claritati et gravitati opponi *ταπείνωσιν* et *εὐτέλειαν*; cf. praeter l. l. rhet. III, 7, 1408 a, 13: *μήτε περὶ εὐτελῶν σεμνῶς*, poet 4, 1448 b, 25: *οἱ μὲν γὰρ σεμνότεροι* (sc. poetae) *τὰς καλὰς ἐμιμοῦντο πράξεις . . . οἱ δὲ εὐτελέστεροι τὰς τῶν φαύλων.*[2])

εὐκρίνεια solum probl. 13, 903 a 17: *οὐκ εὐκρινές ἐστιν πρὸς τὴν ἀκοήν.*

μέθοδος est apud Aristotelem via ac ratio inquirendi et ipsa disputatio et disquisitio, praeterea vox usurpatur ad significandam aliquam disciplinam et doctrinam; e. g. rhet. III, 10, 1410 b, 8: *δεῖξαι δὲ τῆς μεθόδου ταύτης*, poet. 19, 1456 a, 34: *τὰ μὲν οὖν περὶ τὴν διάνοιαν ἐν τοῖς περὶ ῥητορικῆς κείσθω· τοῦτο γὰρ ἴδιον μᾶλλον ἐκείνης τῆς μεθόδου.* Quod prorsus diversum a notione, qua verbum apud Hermogenem viget, cui est modus enuntiandi sententias vel verba.

μέγεθος, ὥρα, λαμπρότης, ἀκμή, γλυκύτης[3]) non inveniuntur sensu rhetorico.

σεμνός haud raro apud Aristotelem legitur, plerumque de moribus, e. g. rhet. II, 17, 1391 a, 26; I, 9, 1367 b, 1. Magis cum Hermogene convenit meteor. II, 1, 353 b, 2: *οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι διατρίβοντες περὶ τὰς θεολογίας ποιοῦσιν αὐτῆς πηγάς, ἵν' αὐτοῖς ὦσιν ἀρχαὶ καὶ ῥίζαι γῆς καὶ θαλάττης. τραγικώτερον γὰρ οὕτω καὶ σεμνότερον ὑπέλαβον ἴσως εἶναι τὸ λεγό-*

---

[1]) Usu rhetorico apud Aristotelem adhibitam illam vocem tantum inveni rhet. III, 19, 1419 b, 7; 1420 a, 1; saepissime contra notione illa ethica legitur, qua est contrarium *ἀλαζονείας*.

[2]) Ceterum metaphoras duplicem in modum distribuit, unius rationis, quam protulit poet. 21, 1457 b, 7, nulla vestigia in scholiis insunt, de altera cf. p. 80.

[3]) Sero omnino in usu est pro ea specie *προσωποποιίας*, qua certae personae adhuc viventes introducuntur. Cf. *Δ* 155 G_1, *Ι* 559 B, *Π* 414 T_2, *Λ* 404 G_2, *Ω* 721 G_2, *Ι* 501 P_5, quae scholia fere omnia exstant in codicibus infimae aetatis.

[4]) *κῶλον* Aristoteli optime notum; cf. rhet. III, 9.

[1]) cf. p. 32, adn. 1.

[2]) Nil iuvant loci, ut eth. Nic. II, 7, 1108 a, 18: *πειρατέον δ' αὐτοὺς ὀνοματοποιεῖν σαφηνείας ἕνεκα* et poet 22, 1458 b, 22: *τὸ μὲν* (sc. *ὄνομα*) *φαίνεται καλὸν τὸ δ' εὐτελές. Εὐτελής* non raro de moribus usurpatur.

[3]) *Γλυκύτητα* Aristoteles de gustu tantum admisit; cf. Walter, Geschichte der Aesthetik im Altertum, 1893, 635.

μενον, ὡς μέγα τι τοῦ παντὸς τοῦτο μόριον ὄν, similiter phys. III, 6, 207 a, 19. *Σεμνός* et *τραγικός* iterum iuxta posuit rhet. III, 3, 1406 b, 7: *αἱ δὲ* (sc. *μεταφοραί*) *διὰ τὸ σεμνὸν ἄγαν καὶ τραγικόν.* De elocutione conferas poet 22, 1458 a 21: *σεμνὴ δὲ καὶ ἐξαλλάττουσα τὸ ἰδιωτικὸν ἡ τοῖς ξενικοῖς κεχρημένη,* quocum consentit rhet. III, 2, 1404 b, 8: *τὸ γὰρ ἐξαλλάξαι ποιεῖ φαίνεσθαι σεμνοτέραν* et III, 3, 1406 b, 3: *αἱ δὲ γλῶτται* (sc. utiles sunt) *τοῖς ἐποποιοῖς· σεμνὸν γὰρ καὶ αὔθαδες.* Rhythmus heroicus porro *σεμνός* est; cf. III, 8, 1408 b, 32 sqq. Idem praecipit Hermogenes II, 294, 28 Sp. Cum scholiis autem Aristoteli nulla intercedit similitudo.

ὄγκος in arte rhetorica est sublimitas;[1]) cf. rhet. III, 6, 1407, b 26; top 8, 1, 151 b, 22, ubi dicitur de sermone ornato. Gravitatem qnandam significat poet. 24, 1459 b, 28: *ἐν δὲ τῇ ἐποποιίᾳ διὰ τὸ διήγησιν εἶναι ἔστι πολλὰ μέρη ἅμα ποιεῖν περαινόμενα, ὑφ᾽ ὧν οἰκείων ὄντων αὔξεται ὁ τοῦ ποιήματος ὄγκος.* De numeris paulo post dicitur 1459 b, 34: *τὸ γὰρ ἡρωικὸν στασιμώτατον καὶ ὀγκωδέστατον τῶν μέτρων ἐστίν.* Iterum consentit Hermogenes. Scholia voculam non praebent.

τραχύτης praeter propriam significationem legitur haud raro de sono, e. g. hist. an. VIII, 1, 581 a, 18. Unde derivatus est usus ille significandi vocales *λειοτέρους,* consonantes *τραχυτέρους,* cuius e. g. plurima testimonia praebet D. H. Mox autem perspiciebatur vim *ὀνοματοποιίας* haud minima ex parte in eo positam esse, quod consonantium strepitu sonos imitaretur, quod scholia diversa testantur; cf. e. g.: *B* 210 BTG_2A, *B* 463 BT. Quae tamen ab Aristotele aliena esse mox apparebit. Nullus autem apud Aristotelem est locus, ubi sensus *τραχύτητος* quodammodo respondeat usui Hermogenis.

σφοδρότης apud Aristotelem adhibetur tantum ad vituperandos homines, nunquam cuiquam laudi tribuitur. Quo omnes coniecturae cadunt ideae Hermogenianae vestigia sub Aristotelis verbis latere; cf. rhet. III, 11, 1413 a, 29; eth. Nic. VII, 8, 1150 b, 27; III, 15, 1119 b, 10.

κάλλος ὀνόματος occurrit quidem rhet. III, 2, 1405 b, 6, neque quod hoc loco dicit contemnendum; attamen non egit de artificiis, quibus toti sermoni pulchritudinis splendor donatur.

ἀφελές Aristoteles non habet nisi in expositione de enuntiatorum structura rhet. III, 9, 1409 b, 13; 16, ubi simplicem periodum nominat, quae ex uno tantum membro consistit.

δριμύτης iam Aristoteli nota est significatione illa tralaticia, quae ideae Hermogenis pro fundamento est, sc. ut sit acumen et calliditas ingenii; cf. top. VIII, 1, 152 b, 31: *ὁμοίως δὲ καὶ ὅσοι οἴονται δριμεῖς εἶναι ἐν τῷ ἀποκρίνεσθαι,* soph. el. 33, 182 a, 32 sqq.[1])

[1]) cf. Volkmann, rhet., 557, adn.

ὀξύτητος vocabuli varius est usus. Ad pronuntianda verba spectant loci, qui sunt de accentibus: rhet. III, 1, 1403b, 29; soph. el. 29, 179 a, 14. Si de animi facultatibus usurpatur, est vis quaedam et acrimonia, qua celeriter aliquid arripitur, sed non est animus versutus, ut apud Hermogenem, cui idem significat atque *δριμύτης;* cf. rhet. II, 12, 1389 a, 7; II, 13, 1391 a, 11; eth. Nic. III, 10, 1116 a, 9; IV, 11, 1126 a, 17; VII, 8, 1150 b, 25.

ἀλήθειαν Aristoteles quoque ab oratore postulat, tamen non audeo illam veritatem conferre cum idea Hermogeniana.

βαρύτης invenitur significatione tralaticia duplici potissimum sensu, primum de sono, quo spectat e. g. *προσῳδία βαρεῖα* rhet. III, 1, 1403 b, 29 etc, tum de animi affectibus rhet. II, 17, 1391 a, 28, ubi disputat de eis, qui potentia ceteros superant, qui sunt *καὶ σεμνότεροι ἢ βαρύτεροι,* severi magis quam superbi, cf. l. 28: *ἔστι δὲ ἡ σεμνότης μαλακὴ καὶ εὐσχήμων βαρύτης.* Indignationis autem vis voci inest in dictione illa sollemni *βαρέως ἔχειν* graviter ferre, ex qua tamen nihil emolumenti ad nos redundat.

δεινότης nusquam ita usurpatur, ut sit virtus summa oratoris, qua alios omnes superet atque obscuret. Omnino raro legitur, et ubi legitur, nil aliud est nisi alicuius rei peritia; cf. pol. V, 1305 a, 12 *δεινός λέγειν,* frg. 70: *ὅτι Ἐμπεδοκλῆς καὶ δεινὸς περὶ τὴν φράσιν,* probl. 4, 919 b, 37: *δεινὸς ῥήτωρ ἢ στρατηγὸς ἢ χρηματιστής,* neque aliquid contra evincitur fragmento 130 ex T ad *Π* 283: *δεινότατον τῶν ἐπῶν Ὁμήρου τοῦτό φησιν Ἀριστοτέλης,* ubi est efficax et omnes movens.

ἐπιείκεια occurrit rhet. I, 12, 1373 a, 18: *καὶ πρὸς οὓς ἔστιν ἐπιεικείας τυχεῖν,* a quibus indulgentiam exspectes, quod minime respondet Hermogeni, cui *ἐπιείκεια* est modestia quaedam, quam ipse fretus iusta causa prae te feras. Multo magis autem distat poet. 15, 1454 b, 13: *οὕτω καὶ τὸν ποιητὴν μιμούμενον καὶ ὀργίλους καὶ ῥαθύμους καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα ἔχοντας ἐπὶ τῶν ἠθῶν τοιούτους ὄντας ἐπιεικεῖς ποιεῖν,* ubi mihi vox fere idem esse videtur atque idealisieren.

Quibus absolutis ad scholia redeamus. Cum autem satis

[1]) Longum est locum exscribere, in quo *δριμύτης* saepius eadem notione redit.

difficile sit certam quandam rationem sequi in digerendis vocibus, secundum litterarum ordinem singula proponam, atque ita, ut prius enumerem tantum ea vocabula, quae quidem Aristoteles adhibuit sed usurpavit sensu plane alio, longum enim est locos illos omnes afferre, tum de paucis paulo accuratius agam.

Significatione igitur plane diversa ab ea, quae in scholiis invenitur, haud raro in libris, qui sunt de rerum natura, tantum, reperimus: *ἀκατάλληλος, ἀλλοίωσις, ἀναρτᾶν, ἀναστροφή, ἀναφορά,*[1]) *ἀναφωνεῖν, αὐστηρός, δισταγμός, ἔμφασις,*[2]) *ἐπανάληψις,*[3]) *ἐπαναστροφή, ἐπαναφορά, ἐπιδρομή, ἐπίτασις, εὐφωνία, κακοφωνία, κατασκευή,*[4]) *κύκλος, μετάβασις, μετάληψις, ὁμοιότροπος, παράλειψις, πολυωνυμία, σύλληψις,*[5]) *συλλογισμός,*[6]) *σχέσις, ὑπεξαίρεσις.* (27).

Alteri generi, quod complectitur, quae paulo accuratiorem explicationem desiderant, vindicem haec (21):

αἰνίττεσθαι ut est inter voces usitatiores,[7]) ita ne ab Aristotele quidem respuitur.[8]) Si autem propius accedimus ad scripta poetica et rhetorica, videmus voci tantum esse notionem propriam, h. e. griphi. Sunt enim Aristoteli aenigmata fontes bonarum metaphorarum rhet. III, 2, 1405 b, 3: *καὶ ὅλως ἐκ τῶν εὖ ἠνιγμένων ἔστι μεταφορὰς λαβεῖν ἐπιεικεῖς· μεταφοραὶ γὰρ αἰνίττονται, ὥστε δῆλον, ὅτι εὖ μετενήνεκται,* et rhet. III, 11, 1412 a, 23: *καὶ τὰ εὖ ἠνιγμένα διὰ τὸ αὐτὸ ἡδέα.* Contra monet, ut vitet orator nimiam obscuritatem pluribus inductis metaphoris, ne fiat sermo griphus vel barbarismus poet. 22, 1458 a, 22. Rhet. II, 21, 1394 b, 33: *ἁρμόττει δ' ἐν τοῖς τοιούτοις καὶ τὰ Λακωνικὰ ἀποφθέγματα καὶ τὰ αἰνιγματώδη,* idem declarat, quod nostro sermone declarat raetselhaft. Multo latius autem in scholiis patet usus vocis, ubi est tecte significare, aliterque omnino adhibetur, ut demonstrant scholia.[9]) *Α* 138: *ταῦτα δὲ αἰνιγματῶδές φησι, τὸ δὲ ὅλον ἀποτείνεται πρὸς Ἀχιλλέα* G_2 M P_1. *Γ* 371: *αἰνίττεται δὲ διὰ τῆς λέξεως τὸ ἀσθενὲς τοῦ Ἀλεξάνδρου.* P_1. Affine igitur est *ἐμφάσει.*

---

[1]) Tantum sursum ferre, referre alqd. ad alqd.
[2]) Propria significatione haud raro legitur.
[3]) Tantum met. VI, 10, 1034 b, 4: *ὅμως δὲ ἔτι σαφέστερον εἴπωμεν ἐπαναλαμβάνοντες,* ubi est reverti ad rem propositam.
[4]) cf. Brandstaetter, Griech. Studien für Lipsius, 1894, 145.
[5]) Nusquam idem est atque *συνεκδοχή.*
[6]) In scholiis dicitur *κατὰ συλλογισμόν* pro *αἰνίττεσθαι.*
[7]) Exstat iam Pl. apol. 21 b, Anaximenes, rhet. 1441 b, 20.
[8]) e. g. met. I, 9, 347 a, 6; frg. 101.
[9]) Omitto haud raro idem esse atque *ἀλληγορεῖν.*

ἀμφιβολία item omnium in usu, iam supra attulissem, nisi tamen discrimen esset inter usum Aristotelis et scholiorum. Ex locis enim Aristotelis apparet, ei amphiboliam semper vitium orationis fuisse, quod evitandum esset. Confer praeter locos in soph. elench. et eth. Eud. X, 1243 a, 15; 25, rhet. III, 5, 1407 a, 33: *τρίτον* (sc. virtus orationis) *μὴ ἀμφιβόλοις ὀνόμασι λέγειν* et poet. 25, 1461 a, 25, ubi enumeratur in solutionum locorum difficiliorum serie: *τὰ δὲ ἀμφιβολίᾳ* (sc. solvuntur) *παρῴχηκεν δὲ πλέω νύξ* (*Κ* 251)· *τὸ γὰρ πλέω ἀμφίβολόν ἐστιν.* Quo loco Aristotelem amphiboliam improbasse etiam manifestum fit ex scholio B T ad *Κ* 251;[1]) nam inde apparet eum Homeri versus pro obscurissimis habuisse. Contra haud raro in scholiis consilium quoddam poetae in admissis ambiguitatibus cernitur satis laudabile. E. g. *Β* 134: *κοινὸν καὶ τοῦτο πρός τε τὸ ἀπιέναι ἐγκαθημένων ἀπράκτων τοσοῦτον χρόνον, καὶ πρὸς τὸ μένειν, ὡς τοῦ τῆς ἁλώσεως χρόνου πληρωθέντες· τῷ γὰρ δεκάτῳ ἔτει ἁλώσεσθαι τὴν Ἴλιον ὁ Κάλχας ἔφη.* B. *Β* 141: *οὗτος ὁ στίχος ἀναιρεῖ τὴν ἀμφιβολίαν· διὸ ἔν τισιν οὐ φέρεται.* A.[2]) etc. Aeque de arte poetae, qua, quae antea tantum significavit, illustrat et explanat intelligenda sunt *Δ* 13: *διέκρινε δὲ τὸ ἀμφίβολον ὁ τοῦ Διὸς λόγος, ὅπως μὴ δοκῇ τοῖς Ἀχαιοῖς χαρίζεσθαι ὁ ποιητής.* B T. *Δ* 347: *ἔλυσε τὸ ἔμπροσθεν ἀμφίβολον.* B T. *Ζ* 355: *ὅτι σαφὲς γέγονε τὸ ἐν τοῖς ἐπάνω ἄδηλον διὰ τοῦ δαιμόνι' οὐ μὲν καλὰ χόλον τόνδ' ἔνθεο θυμῷ* (326). A,[3]) similia.

ἀνακεφαλαίωσις tantum occurrit frg. 133, quod sumptum est ex arte illa, quae vocabatur *Θεοδέκτεια.* Servatum est testimonium ab infimae aetatis Byzantinae auctoribus, ita ut parum constet, num his ipsis verbis Aristoteles in libro suo usus sit [4]) In arte rhetorica dicit *ἀνάμνησις* pro *ἀνακεφαλαίωσις;* cf. III, 19, 1419 b, 13: *ὁ δ' ἐπίλογος σύγκειται . . καὶ ἐξ ἀναμνήσεως;* ib. l. 27: *εἴρηνται δὲ καὶ τούτων οἱ τόποι πρότερον, ὥστε λοιπὸν ἀναμνῆσαι τὰ προειρημένα.* Eandem vocem *ἀνάμνησις* praebet anon. Seguer. 207 (frg. 134), qui

---

[1]) frg. 161.
[2]) Fuerunt igitur, qui, cum statuerent versu 141. *οὐ γὰρ ἔτι Τροίην αἱρήσομεν εὐρυάγυιαν* deleri ambiguitatem concessione Troiam capi non posse, putarent arte atque consilio poetam Agamemnonem ita loquentem fecisse, ut, cum suaderet fugam, argumentis prolatis studeret Graecos retinere.
[3]) Ab Aristonico profectum.
[4]) cf. Rose, Arist. pseudepigr. p. 141. Ibi e. g. Gem. Pletho refert Aristotelem in eadem arte *Θεοδέκτεια* vocem *οἰκονομίαν* adhibuisse; cf. p. 93.

de eadem arte Θεοδέκτεια refert, cuius testimonia maximi pretii esse constat: τρίτον τὸ ἀναμιμνήσκειν τὰ εἰρημένα. Κεφαλαιωδῶς novit Aristoteles l. l., l. 22: ἐνταῦθα δὲ δι' ὧν δέδεικται κεφαλαιωδῶς.

ἀντιστροφή in scriptis, quae sunt de arte dialectica non raro invenitur, de rhetorica Aristoteli non in usu est.

ἀντίφρασις solum exstat in libello subditicio περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, ubi 161, 864 b, 27 de etymologia e contrario facta usurpatur. Narratur enim de λίθῳ καλουμένῳ σώφρον κατ' ἀντίφρασιν. Quem si quis in sinu ponit, is furore conceptus propinquorum quendam occidit.

ἀσύνδετον. Magnam illius dicendi figurae vim Stagiriten optime perspexisse apparet ex verissimis illis praeceptis rhet. III, 12, 1413 b, 19 sqq.; III, 19, 1420 a, 6 sqq.; cf. III, 6, 1407 b, 38. Sed inde nihil efficitur, cum sit in numero vocabulorum receptorum in communem usum. Tamen hoc loco profero, quia praeter A ad *Π* 128: παρατηρητέον δὲ πρὸς τὰ ἀσύνδετα τὴν προσωποποιίαν, ὅτι ἐμφαντικωτάτη egregia illa Aristotelis observatio ad *B* 671 (1414 a, 2) in scholiis negligitur: τοῦτο δὲ βούλεται ποιεῖν καὶ Ὅμηρος ἐν τῷ Νιρεὺς αὖ Σύμηθεν, Νιρεὺς Ἀγλαΐης, Νιρεὺς ὃς κάλλιστος. περὶ οὗ γὰρ πολλὰ λέγεται ἀνάγκη καὶ πολλάκις εἰρῆσθαι· εἰ οὖν καὶ πολλάκις, καὶ πολλὰ δοκεῖ, ὥστε ηὔξησεν ἅπαξ μνησθεὶς διὰ τὸν παραλογισμόν, καὶ μνήμην πεποίηκεν, οὐδαμοῦ ὕστερον αὐτοῦ λόγον ποιησάμενος, quibus demonstrat optime asyndeton esse idoneum ad augendam gravitatem rerum relatarum. Sed in scholiis ad illos versus alterius libri hac de re nihil adscriptum est.

βιωτικῶς reperitur nullo alio loco nisi hist. an. X, 616 b, 27 de noctua (αἰγωλιός): ἔστι γὰρ δίθαλλος τὴν δὲ διάνοιαν βιωτικὸς καὶ εὐμήχανος. Ad quem locum adnotat Lobeck:[1]) βιωτικός primum offenditur apud Aristotelem h. n. X, 16, hoc est in ea parte libri, quae plurima continet affectata et inusitata posita, non illa vulgari significatione sed pro βιομήχανος. Contra scholia vocem usurpant vulgari illa notione, quae est ut fit in communi vita; cf. *E* 371: βιωτικὸν τοῦτο, τὸ τοὺς προβεβηκότας τῶν παίδων ὡς μικροὺς ὑπὸ τῶν γονέων θωπεύεσθαι. ABTG_1, *Λ* 571 BT, *Θ* 408 BT, *X* 512 BT, *Ω* 266 BT, *Ω* 744 BT.

γραφικῶς in scholiis dicitur de perspicua descriptione, qua res paene sub oculos subiciuntur; cf. e. g. *Z* 40: γραφι-

[1]) ad Phrynichum p. 355.

κῶς οἱ μὲν ἵπποι φεύγουσιν ἐπικειμένου τοῦ ζυγοῦ· τὸ δὲ ἅρμα ἐπιπλέκεται μυρίκης κλάδῳ· ὁ δὲ Ἄδραστος κυλισθεὶς ἐκ τοῦ ἅρματος κεῖται παρὰ τὸν τροχὸν ἐπὶ προσώπῳ· ὁ δὲ Μενέλαος ἀνατετακὼς τὸ δόρυ ἐφέστηκεν αὐτῷ. BTD. *Z* 405: γραφικῶς δὲ ὁ μὲν μειδιᾷ ἀφορῶν εἰς τὸ παίδιον, ἡ δὲ δακρύουσα παρέστηκεν αὐτῷ. BT. Toto coelo autem diversus est usus Aristotelicus. Novit quidem vocem de arte pingendi rhet. I, 11, 1371 b, 6; π. ζῴων μορίων 645 a, 13; pol. VIII, 1337 b, 17; 1338 a, 18; poet. 6, 1450 a, 34; eth. Nic. X, 1181 a, 23. Λέξις autem γραφική ei est modus loquendi, qui in scriptis locum habet, contrarius ei, qui in contionibus publicis adhibetur, qui ἀγωνιστική dicitur; cf. rhet. III, 12. Quo fit, ut λέξις γραφική fere idem sit atque sermo elaboratissimus, ib. 1414 a, 17.[1]) Sic ὁ γραφικὸς λόγος maximam partem idem est atque ἐπιδεικτικός; ἀγωνιστικός duo alia orationis genera complectitur.[2]) Eodem modo atque γραφικός ὑπογράφειν in scholiis est ante oculos subicere, e. g. *Γ* 427: ὑπογράφει τὸ σῶφρον τῆς Ἑλένης· τέχνῃ γὰρ ἀντιτάσσεται τῇ Ἀφροδίτῃ. BT. *B* 220: ἄκρως δὲ ὑπογράφει τὸ μισοπόνηρον αὐτῶν, ὡς οὐκ ἠνείχοντο γελώντων πονήρων ἀνθρώπων. B. Neque illa notio Aristoteli ignota est, tamen posteriores demum eam ad artem rhetoricam transtulerunt.

διάλυσις. διαλύειν, nam substantivum non exstare videtur, Aristoteli est perturbare conexum rhet. III, 3, 1406 a, 34: ὅταν γὰρ γιγνώσκοντι ἐπεμβάλλῃ, διαλύει τὸ σαφὲς τῷ ἐπισκοτεῖν. Fere idem atque ἐλέγχειν est rhet. II, 4, 1382 a, 18: φανερὸν οὖν ἐκ τούτων, ὅτι ἐνδέχεται ἐχθροὺς καὶ φίλους καὶ ὄντας ἀποδεικνύναι καὶ μὴ ὄντας ποιεῖν καὶ φάσκοντας διαλύειν; cf. I, 15, 1377 a, 1. In scholiis contra διάλυσις est figura, quae fit, si verbum compositum in partes suas dissolvitur, e. g. πόλιν ἄκρην pro ἀκρόπολιν; cf. *Δ* 108 T., *Z* 88 T, alia.

διηγηματικόν — μιμητικόν. Notissima est illa Aristonici adnotatio ἀπὸ τοῦ διηγηματικοῦ ἐπὶ τὸ μιμητικὸν μετέβη cf. *A* 8 BT, *A* 16 BT, *Δ* 103 BT, *Z* 46 BTD, *I* 635 A, *O* 346 A, *O* 425 T, *Π* 203 A, *Ψ* 865 ABT, *α* 40 hqms. Ad quam figuram adnotat Friedlaender[3]): Alterum ἀποστροφῆς genus est transitio ἀπὸ τοῦ διηγηματικοῦ πρὸς τὸ μιμητικόν, ubi poeta suis verbis referre incipit, quid aliquis dixerit, deinde ita pergit, ut eundem loquentem inducat, ubi Aristarchus τάδε

[1]) cf. D. H. ad Ammaeum I, 4.
[3]) cf. Brandstaetter, stud. Lips. XV, 179; 213 adn. 1; 216 adn. 1.
[2]) Schematologia Aristarchea = Aristonici περὶ σημείων Ἰλιάδος reliquiae, 1853, p. 16.

λέγων vel tale quid supplere solet, quasi ad hiatum explendum, quo duae diversae locutionis formae distant, alteramque alteri recte continuandam; cf. *Π* 203. Neque negari potest conexum interiorem intercedere inter hanc Aristonici sollemnem formulam et Aristotelis Platonisque sententiam,[1]) qui diversa poeseos genera ita constituerant, ut respicerent, utrum res ipsae imitando agerentur an referrentur narratione. Illa autem locutio ab utroque aliena est. Quam si non Aristarcho ipsi[2]) at certe grammaticis Alexandrinis debemus, ita ut ne hoc quidem loco ex ipso Aristotele hausta sit.

ἐγκώμιον Aristoteles nusquam adhibet ad significandum genus laudativum, quod semper nominat *ἐπιδεικτικόν*.[3]) Posteriores autem nec non scholiastae ab illa consuetudine recesserunt, ut *ἐπιδεικτικόν* fere plane evanuerit.

ἔμψυχος, quod propria significatione haud raro in Aristotelis scriptis de rerum natura compositis occurrere consentaneum est, de arte rhetorica tantum legitur l. l. de metaphoris[4]) et in scholiis inde derivatis. Scholia Veneti B voculam praeterea usurpaverunt ad laudem verae atque illustris rerum descriptionis *Λ* 26, *Ν* 631, *Ρ* 747, *Σ* 357, *Σ* 511, aberrantia a propria notione, quam Aristoteles quoque loco artis oratoriae servavit.

ἐναργής mihi apud Aristotelem nondum, ut in scholiis fit, illam virtutem orationis significare videtur, qua res, de quibus loquimur, clare atque, ut quasi cerni videantur, enuntiamus, quod apparet ex anal. I, 23, 68, b, 36: *ἐναργέστερον ἔτι λεχθῆναι περί τινος;* eth. Nic. I, 6, 1097 b, 23: *ποθεῖται δ' ἐναργέστερον τί ἐστιν ἔτι λεχθῆναι*; ib. X, 2, 1173 a, 19: *καθ' ἅς ἐναργῶς φασι μᾶλλον καὶ ἧττον τοὺς ποιοὺς ὑπάρχειν καὶ πράττειν*; poet. 17, 1455 a, 24: *οὕτω γὰρ ἐναργέστατα ὁ ὁρῶν ὥσπερ εὑρίσκοι τὸ πρέπον.*

κατάχρησις. Illius figurae perpaucis locis mentio fit *Θ* 168 D, *Θ* 359 D, *Κ* 339 D G₂, *Ζ* 325 A, qui praeter locum ex A infimae debentur aetati, ita ut nulla cognatio statuenda sit cum Aristotele, qui vocem praebet de caelo *Ι* 3, 370 b, 24: *Ἀναξαγόρας κατακέχρηται τῷ ὀνόματι τούτῳ* (sc. *αἰθὴρ*) *οὐ*

[1]) Discrimen inter Platonis et Aristotelis principium dividendi hoc loco respicere non opus est.

[2]) Usener enim in relationibus academiae Bavaricae, 1892, 616 contendit Aristarchum eiusque aequales fere sic hac de re locutos esse, ut Aristonicus facit e. g. *Π* 586: *ὅτι μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ πρὸς τὸν Πάτροκλον λόγου καὶ εἰς τὸν περὶ αὐτοῦ· εἴρηκε γὰρ ἔβαλε καὶ οὐχὶ ἔβαλες ὦ Πάτροκλε.*

[3]) cf. Brandstaetter l. l. 213 adn.

[4]) cf. p. 80.

καλῶς. Cf. Cic. or. 27, 94: Aristoteles autem tralationi et haec ipsa subiungit et abusionem, quam *κατάχρησιν* vocat, ut cum minutum dicimus animum pro parvo.[1])

κλῖμαξ statuitur ad B 102, ubi historia sceptri Agamemnonis narratur.[2]) Quam vocem Aristoteli ignotam fuisse significantem eam gradationis figuram, qua eodem verbo superiora inferioribus conectuntur elucet ex *π. ζῴων γενέσεως* 274 a, 28: *ἔτι δὲ παρὰ ταῦτα ὡς Ἐπίχαρμος ποιεῖ τὴν ἐποικοδόμησιν ἐκ τῆς διαβολῆς ἡ λοιδορία, ἐκ δὲ ταύτης ἡ μάχη, ταῦτα δὲ πάντα ἔκ τινος ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως*; cf. rhet. *Ι*, 7, 1365 a, 16: *καὶ τὸ συντιθέναι δὲ καὶ ἐποικοδομεῖν ὥσπερ Ἐπίχαρμος*; Anaxim. rhet. 4, 1426 b, 2.[3]) Idem testatur Eustathius *Β* 101 (181): *τὸ δὲ σχῆμα τοῦ ῥηθέντος χωρίου κλίμακα καὶ κλιμακωτὸν λέγουσιν οἱ παλαιοί, ἕτεροι δὲ ἐποικοδόμησιν,* cui simillimum *Υ* 214 (1205).

οἰκονομία uno tantum loco ad artem pertinet, poet. 13, 1453 a, 29, ubi de Euripide dicit: *εἰ καὶ τὰ ἄλλα μὴ εὖ οἰκονομεῖ, ἀλλὰ τραγικώτατός γε τῶν ποιητῶν φαίνεται.* Ergo nondum erat vox sollemnis, qua compositio fabulae significatur.[4]) Verbum *προοικονομεῖν* Aristoteles semel tantum habet oecon. I, 3, 1343 b, 26: *προοικονόμηται ὑπὸ τοῦ θείου ἡ φύσις ἑκατέρου,* quod minime ad artem rhetoricam spectat. Posteriores autem *προοικονομίαν* habebant pro singulari figura oratoria, qua quae sequuntur, praeparantur; cf. e. g. Herodianum, III, 103, 5 Sp.: *προοικονομία τοίνυν ἐστὶν ἡ τὰ μέλλοντα διατίθεσθαι προπαρασκευάζουσα λέξις.*

ὀνοματοποιία. Hoc nomen imposuimus notae illi figurae, qua verborum vocumque strepitu sonos imitari studemus. Quam artem Homerus optime exercuit, ut recte Eustathius dicat *Α* 34 (32): *τρόπος ποιητικὸς καὶ αὐτὴ μιμουμένη τοὺς τῶν ὀνομάτων ἤχους . καὶ γέμει ταύτης ἡ ποίησις.* Quare sescenties in scholiis lectorum animus hanc ad virtutem advertitur. Quam significationem tamen non esse unicam monemur loco Quintiliani VIII, 6, 31[5]) „onomatopoeia quidem, id est fictio no-

[1]) Valde dubito, num Cicero alluserit ad locum illum ex libro de caelo, ut Ciceronis editores volunt.

[2]) Satis sit excerpere verba codicis A: *ὁ τρόπος κλῖμαξ· τὸ λῆγον γὰρ τῆς διανοίας ἀρχὴ γίνεται τῶν ἐφεξῆς.* A.

[3]) cf. Spengel, Arist. rhet. II, 125, Volkmann, rhet. 475.

[4]) Ceterum iam Trendelenburg l. l. p. 80 adn. et p. 79 adn. recte observavit voces *οἰκονομίαν* et *ποικιλίαν* de carminum compositione et genere dicendi usurpatas haud raro legi in Porphyrii quaestionibus Homericis.

[5]) cf. Quint. I, 5, 72.

minis, Graecis inter maximas habita virtutes nobis vix permittitur". Neque dubitari potest, quin altera illa significatio primaria fuerit, quod et apparet ex ipsa verbi etymologia et ex eo, quod Aristoteli sensus, qui nobis sollemnis est, prorsus fuit ignotus, quod omnibus locis demonstratur, ubi exstat, quibus semper adhibetur de novis vocibus fingendis. Qui sunt eth. Nic. II, 7, 1108 a, 16: *ἔστι μὲν οὖν καὶ τούτων τὰ πλείω ἀνώνυμα, πειρατέον δ', ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων αὐτοὺς ὀνοματοποιεῖν σαφηνείας ἕνεκα καὶ τοῦ εὐπαρακολουθήτου.* top. I, 104, b, 36: *οὐ γὰρ ὀνοματοποιῆσαι βουλόμενοι διείλομεν οὕτως αὐτά.* cat. 7 a, 5: *ἐνίοτε δὲ καὶ ὀνοματοποιεῖν ἴσως ἀναγκαῖον, ἐὰν μὴ κείμενον ᾖ ὄνομα, πρὸς ὃ οἰκείως ἂν ἀποδοθείη.* cat. 7 b, 11: *κἂν μὲν ὄνομα ᾖ κείμενον ῥᾳδία ἡ ἀπόδοσις γίνεται, μὴ ὄντος δὲ ἀναγκαῖον ἴσως ὀνοματοποιεῖν.* top 8, 157 a, 29: *διὸ πειρατητέον ἐπὶ πάντων τῶν τοιούτων ὀνοματοποιεῖν αὐτὸν, ὅπως μήτε τῷ ἀποκρινομένῳ ἐξῇ ἀμφισβητεῖν κτλ.*[1]) Ergo scholia non pendent ex Aristotele. Cui sententiae fulcimen additur eo, quod grammatici Alexandrini pro eo quod nos dicimus *ὀνοματοποιία* adhiberunt *λέξιν πεποιημένην;* cf. Dionys. Thrac. p. 42 (U): *πεποιημένον δέ ἐστι τὸ παρὰ τὰς τῶν ἤχων ἰδιότητας μιμητικῶς εἰρημένον, οἷον φλοῖσβος, ῥοῖζος, ὀρυμαγδός,* ex quo loco lux affertur Arist. rhet. III, 11, 1412 a, 27: *ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς γελοίοις τὰ παραπεποιημένα,* ubi fere idem est atque annominatio.[2])

παραγραφή secundum Eustathium *Λ* 30 (107) est, *ὅτι συμπληρώσαντες τὰ φθάσαντα ἐπὶ ἑτέραν διήγησιν μεταβαίνομεν,* ut fit e. g. talis collectio rerum modo narratarum *Π* 1

ὣς οἱ μὲν περὶ νηὸς ἐυσσέλμοιο μάχοντο
Πάτροκλος δ' Ἀχιλῆι παρίστατο.

Neque omittunt scholia ad utrumque locum modo laudatum *παραγραφήν* adnotare. Contra Aristoteli *παραγραφή* dicitur nota quaedam, qua finis sententiae indicatur rhet. II, 8, 1409 a, 19.

ποικιλία. Hac voce, ut recte dicit Walter,[3]) nunquam apud Aristotelem virtus orationis significatur, nam unico illo loco, ubi exstat, rhet. III, 16, 1416 b, 25: *καὶ ἁπλούστερος ὁ λόγος οὗτος, ἐκεῖνος δὲ ποικίλος καὶ οὐ λιτός,* usurpatur de sermone intricato, cui deest simplicitas. In scholiis autem saepissime Homeri ingenium atque artem laudibus tolli, qua narrationem variaret, nemini ignotum est, quicunque scholia inspexit.

[1]) Vestigium illius usus servatum in A T ad *B* 212, ubi de Thersitae nomine dicitur *ὠνοματοπεποίηται τὸ ὄνομα παρὰ τὸ θέρσος Αἰολικόν.*

[2]) poet 21, 1457 b, 33: *πεποιημένον δ' ἐστὶν ὃ ὅλως μὴ καλούμενον ὑπὸ τινῶν αὐτὸς τίθεται ὁ ποιητής, δοκεῖ γὰρ ἔνια εἶναι τοιαῦτα, οἷον τὰ κέρατα ἔρνυγας καὶ τὸν ἱερέα ἀρητῆρα, πεποιημένον* est vox novo modo ficta.

[3]) l. l. p. 597: *π.* ist als lobender Terminus der Rede dem Aristoteles noch fremd.

πρέπον saepissime de moribus Aristoteles usurpavit, nec non postulat rhet. III, 7 ab oratore, ut orationem affectibus accommodet, moribus, rebus subiectis, ut sermoni servet decorum. Neque puto negari posse Alexandrinos inprimis inde profectos vocem in artem criticam transtulisse. Atque satis erit, uno verbo monere, quantum versuum numerum pro spurio habuerint Zenodotus et Aristarchus *διὰ τὸ ἀπρεπές,*[1]) unde petita sunt, quae in scholiis tradita sunt, non ex ipsa Aristotelis disciplina.

σχῆμα saepe in scriptis dialecticis. *Σχήματα τῆς λέξεως* rhythmi dicuntur rhet. III, 8, 1408 b, 21; de generibus et nominis et verbi occurrit soph. el. 4, 166 b, 10. Contra prorsus aliena ab Aristotele illa dicendi ratio est, qua *σχῆμα* admittitur de dictionibus, quibus tecte aliquid significatur, quo ex usu profectus est *λόγος ἐσχηματισμένος,* ductus figuratus, quo utens quis aliud sentit, aliud dicit, ut *Λ* 335: *διὰ σχήματος ἐδήλωσεν, ὡς τῷ δέει οὐ προέκοψεν. τιμήσαντες οὖν ἀντιτιμῶνται.* BT. *Γ* 37: *διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ πατρὸς*[2]) *Μενελάου καὶ τὸ τούτου παρεδήλωσεν ἀδεὲς ἐν σχήματι.* BT. *Γ* 68: *ἐν σχήματι δηλοῖ, ὅτι οὐ διὰ τὴν Μενελάου δύναμιν δειλιᾷ ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν συμμαχούντων, καὶ διὰ τοῦτο μόνος μόνῳ αἰτεῖ πολεμῆσαι.* B.

Quae omnia si tecum consideras, cum plurima artis vocabula, quae scholiastis Homericis in usu sunt, apud Aristotelem vel omnino non exstent, vel plane alio sensu usurpata sint, et cum perpauca, quae reliqua sunt, tam laxe cohaereant cum Aristotelis doctrina, ut bis terve tantum conexum quendam statuere liceat, sed ne tum quidem nisi per alios fontes e. g. per grammaticos Alexandrinos, mecum consenties *scholia rhetorica ad Homerum nullo modo fluxisse ex Aristotelis disciplina.*

[1]) cf. Lehrs., de Aristarchi stud. Hom². 338 sqq.

[2]) T. inserit *τὸν φόβον ἐδήλωσεν.*

Caput II.

Sed undenam tanta moles observationum orta est? Dixerit quispiam **Alexandrinis** originem debere. Et sunt sane quaedam, quae contulerint ad explicandam eloquentiam poetae, sed pauca. Nam cum incumberent potissimum arti criticae factitandae et verborum interpretationi, eis tantum locis ut aliorum disciplinarum ita artis rhetoricae rationem habebant, ubi ad quaestiones illas criticas vel grammaticas solvendas inde quid redundaret. Sic ab Aristophane et Aristarcho derivatae esse videntur adnotationes de transitu *ἀπὸ τοῦ διηγηματικοῦ εἰς τὸ μιμητικόν*. Quibus alia pauca exempla asseram, unde apparet Aristarchum artis rhetoricae observationem non plane repudiasse.

Legimus enim in scholiis Aristonici: *B* 124 *ἀθετεῖται· οὐ γὰρ ἐπ' ἀληθείας λέγεται, ἀλλ' ὑπερβολικῶς τὰ τῶν δεκάτων· πρὸς τί οὖν ὅρκια.* A. *B* 489 *ὅτι ἡ ἰδιότης τῆς ὑπερβολῆς Ὁμηρική· καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ· οὐδ' εἴ οἱ χεῖρές τε ἐείκοσι καὶ πόδες εἶεν* (*μ* 78). A. *Z* 154 *ἡ διπλῆ πρὸς τὴν ἐπανάληψιν τοῦ ὀνόματος· καὶ ὅτι ἐν Ἰλιάδι συνεχῶς τοῖς ἐπαναλήψεσι κέχρηται, ἐν δὲ Ὀδυσσείᾳ ἅπαξ κατ' ἀρχάς· Αἰθίοπες τοί διχθά* (*α* 22).[1]) A. *Δ* 282 *κυάνεαι*] *ὅτι Ζηνόδοτος γράφει· ἡρώων σάκεσιν· γέγονε δὲ ἀντιπαράθεσις τοῦ μέλανος νέφους πρὸς τὸ κυάνεαι· τοῦτο δὲ οἷον πυκνά· αἱ γὰρ ἀραιαὶ νεφέλαι διαυγεῖς.* A. *Γ* 46 *τινὲς κατὰ πεῦσιν καὶ θαυμασμόν·*[2]) *τοιοῦτος ὢν δειλὸς, συναγαγὼν πλῆθος, διελθὼν πέλαγος, γυναῖκα ἀνδρὸς πολεμικοῦ ἤγαγες, τῷ πατρὶ καὶ τοῖς ἄλλοις κακὸν μέγα· εἶτα ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς· οὐκ ἂν δὴ μείνειας Μενέλαον*[3])*· ἠθικῶς μετὰ πεύσεως ἢ διαβεβαιωτικῶς· τινὲς δὲ τὸ πᾶν οὕτως· τὸν ἢ ἀντὶ*[4]) *τοῦ εἰ· εἰ τοιοῦτος ὢν ἐπηγάγου*[5]) *πλῆθος καὶ ἀπὸ ξένης γῆς γυναῖκα ἀνδρὸς πολεμικοῦ ἤγαγες, οὐκ ἂν ὑπομείνειας τὸν ταύτης ἄνδρα. ὃ καὶ προκρίνει Νικάνωρ ὡς μᾶλλον τὴν δικαιολογίαν ἔχον.* AG_1.[6]) *B* 229 *ἐπὶ χρόνον*] *ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἔτι χρόνον ἀπιθάνως· ἔμφασις γὰρ γίνεται πολλοῦ χρόνου διὰ τοῦ ἔτι.* A. *Α* 29 *καθ' ἑαυτὸ τοῦτο προφερόμεθα· καὶ γὰρ ἐμφαντικώτερον.* AD.

[1]) Idem in A refertur ad *B* 837, *Z* 396, *H* 138, *M* 96, *Y* 372, *X* 128, *Ψ* 642.

[2]) *τινὲς δὲ οὐ* inserit G.

[3]) om. G.

[4]) *τὸν ση* G, Nicole correxit *τὸν σύνδεσμον ἤ*.

[5]) *ἐπήγαγεν* G.

[6]) Alexandrini primi interpunctionem ad declaranda poetae verba et eius virtutes exponendas adhibuisse videntur, quod eis summae laudi tribuendum est.

B 337 *στικτέον ἐπὶ τὸ ὢ πόποι· κομματικὸν γὰρ μᾶλλον ἐμφαίνει καθ' ἑαυτὸ λεγόμενον.* A. *Γ* 422 *ἀπὸ τούτου ἕως τοῦ ἀφραδέως* (426) *ἀθετοῦνται στίχοι πέντε, ὅτι πεζότεροί εἰσιν τοῖς νοήμασι, ψυχροὶ καὶ ἀκατάλληλοι· ἅμα μὲν γὰρ λέγει ἀλλ' ἴθι προκαλέσαι καὶ κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπιφέρει, ἀλλὰ σ' ἔγωγε παύσασθαι κέλομαι ὡς φροντιζούσης.* A. Hoc quoque loco repetendum esset, quae p. 95 exposuimus de usu vocis *πρέπον*.

Huius generis plura possum afferre, sed puto eis, quae excerpsi, satis illustrari rationem Alexandrinorum in arte rhetorica tractanda. Hac quoque in provincia, ut solebat, Aristarchus sana ac sobria mente accessit ad interpretandum poetam et, quamquam haud raro optime rem gessit neque infeliciter Homerum defendit contra miras illas emendationes sive rectius mutilationes maxime a Zenodoto excogitatas, tamen in universum non ita multum praestitit in arte poetae enarranda, et primo obtutu patet *pleraque scholiorum rhetoricorum tam diversa colore ac indole esse, ut eorum auctores Alexandrini omnino esse non possint.*

Caput III.

Circumspiciendum igitur est, num alios fontes indagare possimus, unde petita sint, quae scholia referunt de arte et eloquentia Homeri. Cum autem reliquae philosophorum sectae[1]) studia rhetorica plane neglexerint,[2]) relinquuntur **stoici**, ad quos confugiamus.[3]) Quos constat non solum rhetoricam coluisse multaque verba ac notiones in artem rhetoricam et grammaticam induxisse nova aut iam exstantia certa quadam significatione usurpasse, quae adhuc in his disciplinis valet, sed etiam multum studium in Homero collocavisse; nam iam Zeno, Cleanthes, Chrysippus, conditores ac principes illius disciplinae, magnam navaverant operam in explicando duce poetarum. Quomodo id fecerint non iam constare dolendum est, multa certe,

[1]) Excepto uno Theophrasto peripatetico, quem tamen a scholiastis expilatum esse demonstrare conamen difficillimum erit.

[2]) Quid? quod Sext. Emp. adv. rhet. 12 narrat Critolaum artem rhetoricam *κακοτεχνίαν* appellasse.

[3]) cf. Volkmann, rhet., 9, Striller, de stoicorum studiis rhetoricis = dissert. philol. Vratislav. I, 1886, p. 3 sqq.

ut solebant, allegorice explicabant.[1]) Excipiendus est solus Panaetius, qui cum Aristarcho fecit.[2])

Ut autem Alexandrini favebant doctrinae peripateticae, ita grammatici **Pergameni**, eorum acerrimi adversarii addicti erant stoicae disciplinae. Cratetem ducem illorum Suidas vocat stoicum philosophum; eum audivit teste Strabone[3]) Panaetius, unde apparet illum stoicae philosophiae studiosissimum fuisse eiusque totam doctrinam ex stoicorum philosophia promanasse.[4])

Satis autem notum est Cratetem nec non omnes, qui eum secuti sunt, *Homerum fontem atque originem statuisse omnium artium atque disciplinarum* ex stoicorum sententia, qui *ποίησιν* censebant esse *σημαντικὸν ποίημα μίμησιν περιέχον θείων καὶ ἀνθρωπίνων.*[5]) Patet igitur omnes locos tale quid sapientes ad Pergamenos potius quam ad Alexandrinos esse referendos.[6]) Nil igitur ex illa sententia certius sequitur, quam ut Homerum haberent pro oratoriae quoque artis magistro. Quod scholiastae quoque saepissime profitentur: e. g. *Α* 366: *ῥητορικὸς ὢν ὁ ποιητὴς καὶ τρόπον ἀνακεφαλαιώσεως βουλόμενος διδάξαι ἡμᾶς ταὐτὰ πάλιν ἐξ ἀρχῆς διηγεῖται.* BT. *Κ* 138: *οὐδὲν ἔτι ποιεῖ Ἀγαμέμνων, ἀλλ' ἕπεται αὐτῷ τοῦτο δηλοῦντος τοῦ ποιητοῦ, ὡς ἐν ταῖς χρείαις ὁ λόγος*[7]) *δυνατὸς ὀφείλει πάντα πράττειν, οὐχ ὁ βασιλεύς.* BT. *α* 1 Antisthenis de Ulixe rhetore dissertatiuncula Porphyrii intercedente nobis servata; Antisthenis autem sententiae fere omnes a stoicis receptae sunt.[8]) Inde explicandum est, quod tam anxie conati sunt[9]) omnes artis eloquentiae leges in Homero detegere.[10]) Quod mi-

[1]) cf. e. g. Plut. de aud. poet. 11, D. L. VII, 4, Apoll. Soph. s. v. *μῶλυ*, p. 144 Bkk. Zeller, Philos. d. Griech. III, 1^3, 323 sqq.

[2]) cf. Schmekel, Philosophie der mittleren Stoa, p. 207.

[3]) XIV, 676 c.

[4]) cf. Wachsmuth, de Cratete Mallota, 1860, Brzoska, de canone decem oratorum Atticorum quaestiones, 1883, 57 sqq.

[5]) D. L. VII, 60.

[6]) cf. Brzoska, p. 59, qui locos quosdam huc pertinentes collegit, nec non putat eis quoque adnumerandum esse Quintiliani celeberrimum de Homero iudicium, X, 1, 46.

[7]) om. T.; scribendum *λόγου.*

[8]) cf. Schrader, Porphyrii quaestionum Homericarum ad Odysseam pertinentium reliquiae, 1890, p 1, sqq.; 175 sqq.; 194.

[9]) cf. Striller, p. 11, adn. 2. Quint II, 17, 8, X, 1, 46, XII, 11, 21, Maxim. Planud. V, 505 W.

[10]) cf. Sudhaus, Philodemi volumina rhetorica, supplementum, 1895, p. VII. „Und das fühlten die Stoiker trotz alles ihres allegorischen Schwulstes ganz richtig heraus, dass schon in der homerischen Zeit der Keim für die spätere Entwicklung der Rhetorik liegt, die überhaupt einen gewissen Zusammenhang mit der Poesie nie verläugnet hat. Die Dichter rhetorisieren und die Redner suchen

nime abhorrebat a communi totius Graeciae opinione poetas docere. Neque posteriores hanc consuetudinem mittebant, immo eam excolebant velut e. g. Plutarchus personatus in libello de vita et poesi Homeri et auctores de figuris inde a Tryphone, qui omnia artis oratoriae praecepta ex Homero illustrare conati sunt. Sed non puto eis Cratetem secutis persuasum fuisse Homerum eloquentiae docendae causa carmen suum consulto exornasse variis figuris et multis artificiis, quibus auditores captarentur atque delenirentur. Immo praestantiam suae disciplinae eo evincere studebant, quod demonstrarent eam sic adaptatam esse ad sermonem celeberrimi et praestantissimi poetae, ut eius gnarus fuisse videretur. Et quem Graeci in eligendis exemplis magis respicerent quam eum vatem, cuius versus iam inde a pueris omnium in ore versabantur.

Id autem omnino Pergamenis, ad quos revertor, proprium erat rhetoricam cum grammatica coniungere atque his auxiliis instructi artem scriptoris illustrare, quem tractaverunt,[1]) id quod nomine *κριτικός* significaverunt, quo praeter ceteros et Crates et Telephus Pergamenus insigniti erant.[2]) Quibus ex causis persuasum habeo sat amplam copiam scholiorum, quibus de arte agitur, qua carmina Homerica composita et orationis luminibus ornata sint, aut ipsis deberi Pergamenis aut eis, qui eorum studiis incitati poetam tractaverunt. Sed hanc quaestionem hoc loco persequi nolo, licet dignissima sit, quin negligatur, cum et difficillima sit et longior, quam ut eam his pagellis absolvam. Hoc unum exponam vestigia quaedam deprehendi posse, quibus elucet **auctores scholiorum a stoica disciplina non alienos fuisse.** Qua in re in universum ea sequar, quae Striller in dissertatatione laudata enucleavit.

Quem ad finem proficiscor a scholio illo *de tribus generibus dicendi B* 278, de quo iam egimus. Telephus enim Pergamenus, praeceptor imperatoris L. Veri, quem Pergamenorum sectae addictum fuisse vel inde manifestum fit, quod ei cognomen *κριτικός* fuit,[3]) nec non ex eo, quod Didymi observationes impugnavit[4]), studiose Homerum interpretatus est, ut testantur et tituli librorum a Suida laudatorum,[5]) et comprobatur paucis

allen Schmelz und alle Kraft der Poesie in Rhythmus und Ausdruck auf ihre Kunst überzuleiten."

[1]) cf. quae de Cratete Suetonius refert, de gramm et rhet. 2, p. 100.

[2]) cf. praeterea Sext. Emp. adv. math. I, 248: Tauriscus *ὁ Κράτητος ἀκουστὴς ὥσπερ οἱ ἄλλοι κριτικοί.*

[3]) Aelian hist. an. X, 42.

[4]) cf. Ven. A. ad K. 53.

[5]) *περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ σχημάτων ῥητορικῶν βιβλία β', περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον ῥητορικῆς.*

ut solebant, allegorice explicabant.[1]) Excipiendus est solus **Panaetius**, qui cum Aristarcho fecit.[2])

Ut autem Alexandrini favebant doctrinae peripateticae, ita grammatici **Pergameni**, eorum acerrimi adversarii addicti erant stoicae disciplinae. Cratetem ducem illorum Suidas vocat stoicum philosophum; eum audivit teste Strabone[3]) Panaetius, unde apparet illum stoicae philosophiae studiosissimum fuisse eiusque totam doctrinam ex stoicorum philosophia promanasse.[4])

Satis autem notum est Cratetem nec non omnes, qui eum secuti sunt, *Homerum fontem atque originem statuisse omnium artium atque disciplinarum* ex stoicorum sententia, qui *ποίησιν* censebant esse *σημαντικὸν ποίημα μίμησιν περιέχον θείων καὶ ἀνθρωπίνων*.[5]) Patet igitur omnes locos tale quid sapientes ad Pergamenos potius quam ad Alexandrinos esse referendos.[6]) Nil igitur ex illa sententia certius sequitur, quam ut Homerum haberent pro oratoriae quoque artis magistro. Quod scholiastae quoque saepissime profitentur: e. g. *Α* 366: *ῥητορικὸς ὢν ὁ ποιητὴς καὶ τρόπον ἀνακεφαλαιώσεως βουλόμενος διδάξαι ἡμᾶς ταὐτὰ πάλιν ἐξ ἀρχῆς διηγεῖται*. BT. *Κ* 138: *οὐδὲν ἔτι ποιεῖ Ἀγαμέμνων, ἀλλ' ἕπεται αὐτῷ τοῦτο δηλοῦντος τοῦ ποιητοῦ, ὡς ἐν ταῖς χρείαις ὁ λόγος*[7]) *δυνατὸς ὀφείλει πάντα πράττειν, οὐχ ὁ βασιλεύς*. BT. *α* 1 Antisthenis de Ulixe rhetore dissertatiuncula Porphyrii intercedente nobis servata; Antisthenis autem sententiae fere omnes a stoicis receptae sunt.[8]) Inde explicandum est, quod tam anxie conati sunt[9]) omnes artis eloquentiae leges in Homero detegere.[10]) Quod mi-

1) cf. e. g. Plut. de aud. poet. 11, D. L. VII, 4, Apoll. Soph. s. v. *μῶλυ*, p. 144 Bkk. Zeller, Philos. d. Griech. III, 1³, 323 sqq.

2) cf. Schmekel, Philosophie der mittleren Stoa, p. 207.

3) XIV, 676 c.

4) cf. Wachsmuth, de Cratete Mallota, 1860, Brzoska, de canone decem oratorum Atticorum quaestiones, 1883, 57 sqq.

5) D. L. VII, 60.

6) cf. Brzoska, p. 59, qui locos quosdam huc pertinentes collegit, nec non putat eis quoque adnumerandum esse Quintiliani celeberrimum de Homero iudicium. X, 1, 46.

7) om. T.; scribendum *λόγου*.

8) cf. Schrader, Porphyrii quaestionum Homericarum ad Odysseam pertinentium reliquiae, 1890, p 1, sqq.; 175 sqq.; 194.

9) cf. Striller, p. 11, adn. 2. Quint II, 17, 8, X, 1, 46, XII, 11, 21, Maxim. Planud. V, 505 W.

10) cf. Sudhaus, Philodemi volumina rhetorica, supplementum, 1895, p. VII. „Und das fühlten die Stoiker trotz alles ihres allegorischen Schwulstes ganz richtig heraus, dass schon in der homerischen Zeit der Keim für die spätere Entwicklung der Rhetorik liegt, die überhaupt einen gewissen Zusammenhang mit der Poesie nie verläugnet hat. Die Dichter rhetorisieren und die Redner suchen

nime abhorrebat a communi totius Graeciae opinione poetas docere. Neque posteriores hanc consuetudinem mittebant, immo eam excolebant velut e. g. Plutarchus personatus in libello de vita et poesi Homeri et auctores de figuris inde a Tryphone, qui omnia artis oratoriae praecepta ex Homero illustrare conati sunt. Sed non puto eis Cratetem secutis persuasum fuisse Homerum eloquentiae docendae causa carmen suum consulto exornasse variis figuris et multis artificiis, quibus auditores captarentur atque delenirentur. Immo praestantiam suae disciplinae eo evincere studebant, quod demonstrarent eam sic adaptatam esse ad sermonem celeberrimi et praestantissimi poetae, ut eius gnarus fuisse videretur. Et quem Graeci in eligendis exemplis magis respicerent quam eum vatem, cuius versus iam inde a pueris omnium in ore versabantur.

Id autem omnino Pergamenis, ad quos revertor, proprium erat rhetoricam cum grammatica coniungere atque his auxiliis instructi artem scriptoris illustrare, quem tractaverunt,[1]) id quod nomine *κριτικός* significaverunt, quo praeter ceteros et Crates et Telephus Pergamenus insigniti erant.[2]) Quibus ex causis persuasum habeo sat amplam copiam scholiorum, quibus de arte agitur, qua carmina Homerica composita et orationis luminibus ornata sint, aut ipsis deberi Pergamenis aut eis, qui eorum studiis incitati poetam tractaverunt. Sed hanc quaestionem hoc loco persequi nolo, licet dignissima sit, quin negligatur, cum et difficillima sit et longior, quam ut eam his pagellis absolvam. Hoc unum exponam vestigia quaedam deprehendi posse, quibus elucet **auctores scholiorum a stoica disciplina non alienos fuisse**. Qua in re in universum ea sequar, quae Striller in dissertatatione laudata enucleavit.

Quem ad finem proficiscor a scholio illo *de tribus generibus dicendi Β* 278, de quo iam egimus. Telephus enim Pergamenus, praeceptor imperatoris L. Veri, quem Pergamenorum sectae addictum fuisse vel inde manifestum fit, quod ei cognomen *κριτικός* fuit,[3]) nec non ex eo, quod Didymi observationes impugnavit[4]), studiose Homerum interpretatus est, ut testantur et tituli librorum a Suida laudatorum,[5]) et comprobatur paucis

allen Schmelz und alle Kraft der Poesie in Rhythmus und Ausdruck auf ihre Kunst überzuleiten."

1) cf. quae de Cratete Suetonius refert, de gramm et rhet. 2, p. 100.

2) cf. praeterea Sext. Emp. adv. math. I, 248: Tauriscus *ὁ Κράτητος ἀκουστὴς ὥσπερ οἱ ἄλλοι κριτικοί*.

3) Aelian hist. an. X, 42.

4) cf. Ven. A. ad K. 53.

5) *περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ σχημάτων ῥητορικῶν βιβλία β', περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον ῥητορικῆς*.

fragmentis, quae in scholiis exstant. Legimus autem de eo apud Spengelium, *συναγωγὴ τεχνῶν*, p. 210: *τὸ δὲ ἀληθὲς ἐν τοῖς ἥρωσι πρῶτον ἐφάνη* (sc. ars dicendi), . . . *τοῦτο δὲ κατάδηλον ἐποίησεν Ὅμηρος. εὑρίσκομεν γὰρ παρ' αὐτῷ καὶ συμβουλευτικὸν εἶδος, ὥσπερ διὰ τοῦ Νέστορος τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή καὶ δικανικὸν καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα· δεῖ γὰρ τὸν μὲν σύμβουλον εἶναι γλυκὺν καὶ τοῖς ἀκροωμένοις ἀρέσκοντα, τὸν δὲ δικανικὸν μᾶλλον ῥώμῃ καὶ διανοίαις ἀκμάζειν, ὅθεν ἑκατέρῳ τὸ προσῆκον ἀπένειμε. καὶ ὅτι Ὅμηρος τὰ σπέρματα τῆς τέχνης κατέβαλεν ἐδήλωσε Τήλεφος ὁ Περγαμηνὸς, ὅστις τέχνην συγγραψάμενος ἐπέγραψε περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον ῥητορικῆς κἀκεῖ περὶ τῶν ιγ̅ συνεγράψατο στάσεων.* Quocum coniungenda esse verba simillima IV, 10 W.: *εἶτα δὲ λέγουσιν, ὅτι μετὰ τοὺς θεοὺς εἰς τοὺς ἥρωας μεταβέβηκεν ἡ τέχνη, εἴγε θεωροῦμεν τὸν Πρίαμον τῷ ἐγκωμιαστικῷ εἴδει κεχρημένον· ὡς ὅταν λέγῃ ὦ μάκαρ Ἀτρείδη μοιρηγενές, ὀλβιοδαίμων, τῷ δὲ συμβουλευτικῷ τὸν Νέστορα διαλεγόμενον πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα καὶ τὸν Ἀχιλλέα, τῷ δὲ δικανικῷ τὸν Ἰθακήσιον Ὀδυσσέα· φησὶ γὰρ περὶ αὐτοῦ ὁ ποιητής· καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν κτλ.*, quae eidem Telepho tribuenda sunt, iam dudum Spengelius vidit.[1]) Sed illum non primum nobis illam sapientiam propinasse docemur a Cicerone[2]) in Bruto 10, 40: neque enim iam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Ulixi tribuisset Homerus et Nestori, quorum alterum vim habere voluit, alterum suavitatem, nisi iam tum esset honos eloquentiae. Sed id inter utrumque locum interest, quod alter eloquentiam natam esse dicit ex praeceptis Tisiae et Coracis,[3]) statuit autem eloquentiae iam Homeri temporibus magnam vim tributam esse, alter artem rhetoricam a poeta originem duxisse eumque consulto tria illa genera distinxisse opinatus est,[4]) ex quo statim stoicum agnoscis. Quod Reinhardt disseruit de communi utriusque fonte, quem Aristotelis *συναγωγὴν τεχνῶν* fuisse coniecit, omitto, cum nimis incertum sit; ceterum de stoico quoque quodam aliquis cogitare possit.[5]) Iam autem vidimus eandem

---

[1]) *Συναγωγὴ τεχνῶν*, p 7.

[2]) cf. Reinhardt, qua vice Nestoris et Ulixis personae in arte rhetorica functae sint = commentationes in honorem F. Buecheleri et H. Useneri editae a societate philologa Bonnensi, 1873, p. 12.

[3]) cf. Brut. 12, 46.

[4]) cf. Quint. II, 17, 8.

[5]) Ex eis, quae Reinhardt tum disserit de Platonis loco Phaedr. 261, qui Nestorem, Ulixem, Palamedem habet pro auctoribus trium orationum generum, apparet recte Spengelium collegisse l. l. (cf. p. 79 et Walter l. l. p. 734) Aristotelem non primum tria illa genera statuisse sed tantum litteris mandasse, quae alii iam invenerant. Neque negligendum, quanti hoc loco Plato Palamedem aestimaverit, quo loco nova lux affertur rixis, quae inter Platonem et Antisthenem exarserant, nam recte Duemmler premit (Antisthenica, 1882, p. 11 adn.) memorabile esse apud Dionem XIII Palamedem castigari inutilium artium inventorem, cui Plato patrocinatus est rep. 6, 522 c.

divisionem orationis tria in genera a stoicis receptam esse.[1]) Omnino enim illi haud raro pendent ex Aristotele, quod apparet cum ex aliis[2]) tum ex eis, quae Sopater tradidit V, 15 W.: *οἱ δὲ στωικοὶ ἀντίστροφον τῇ διαλεκτικῇ αὐτὴν* (sc. rhetoricam) *καλοῦσι*, quae ita congruunt cum primis Aristotelis rhetoricae verbis, ut de errore scriptoris cogitandum esset, nisi pergeret: *ἄλλοι δὲ δύναμιν θεωρητικὴν τοῦ περὶ ἕκαστα πιθανοῦ, καὶ οὗτος δοκεῖ Ἀριστοτέλους ὁ ὅρος.*[3])

Dicit autem Diogenes l. l. *τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς εἶναι συμβουλευτικόν, τὸ δὲ δικανικόν, τὸ δὲ ἐγκωμιαστικόν.* Ad quem locum Striller adnotat usum tertium genus nomine *ἐγκωμιαστικοῦ* significandi a stoicis esse profectum[4]) Volkmannum secutus,[5]) quibuscum ego quoque facio. Atque si scholia inspicimus videmus tertium illud genus fere semper appellari voce *ἐγκώμιον* vel vocabulis inde derivatis.[6]) Neque casu factum esse puto in scholio *B* 278, quamvis cum Aristotele concinat, pro *ἐπιδεικτικόν* subditum esse *πανηγυρικόν*, alterum illud nomen, quod postea generi laudativo dabatur.

Locus scholio, de quo modo egimus, plane gemellus exstat ad *Γ* 212 in ABT: *τρεῖς οἶδε τρόπους*[7]) *ῥητορείας Ὅμηρος· τὸν ἀπολελυμένον καὶ βραχὺν καὶ ἱκανὸν αὐτὰ τὰ ἀναγκαῖα παραστῆσαι, ὃν Λυσίας ἐζήλωσεν· τὸν δὲ*[8]) *ὑψηλὸν καὶ*[9]) *καταπληκτικὸν καὶ μέγιστον*[10]) *καὶ*[10]) *μεστὸν ἐνθυμημάτων καὶ τούτων ἀθρόως ἐκφερομένων*[11]) *ὡς*[10]) *νῦν*[10]), *ὃν Δημοσθένης <ἐζήλωσε>· τὸν δὲ*[8]) *πιθανὸν καὶ τεχνικὸν καὶ*[10]) *πολλῶν πλήρη δογμάτων,*[12]) *τὸ καὶ*[9]) *γνωμικὸν καὶ σαφὲς ἐπιλεγόμενον, ὃν*

---

[1]) cf. pag. 79.

[2]) cf. Zeller l. l. III, 1, 351, Rose, Arist. pseudep., 107.

[3]) cf. Arist. rhet. I, 1, 1354 a, 1; I, 2, 1355 b, 25.

[4]) l. l. p. 31.

[5]) rhet. p 21.

[6]) *B* 173 T, *B* 272 G_2, *E* 99 B, *H* 284 BT, *Θ* 104 BT, *K* 79 T, *K* 122 AT, *M* 186 T, *O* 683 BT, *Π* 103 T, *Π* 810 T, *P* 164 BT, *Σ* 250 A, *Υ* 89 A, *Υ* 233 A, *X* 58 BT, *ε* 212 pq, *ν* 244 h.

[7]) *τόπους* B. [8]) om. B. [9]) om. A. [10]) om. T.

[11]) *λεγομένων* T.

[12]) *διηγημάτων* Wilamowitzius.

Ἰσοκράτης[1]) *ἐζήλωσε,*[2]) *ἀπολελυμένος Μενέλαος, Λυσίας· πυκνὸς Ὀδυσσεύς, Δημοσθένης· πιθανὸς Νέστωρ, Ἰσοκράτης.* Nam iterum invenimus doctrinam peripateticam ita a stoicis receptam atque immutatam, ut heroes Homerici quasi exempla sint, quae discipuli imitentur ad impetrandam facultatem verae atque elegantis eloquentiae. Ut enim Aristoteles primus tria genera sermonum secrevit, ita eius discipulus atque successor Theophrastus accurate *tria elocutionis genera* distinxit quae *χαρακτῆρες* vocantur.[1]) Eum primum hanc partitionem instituisse sat probabile eo fit, quod Aristoteli ea nondum nota fuit, qui, si eam novisset, certe eam amplexus esset, quia id ubique maxime egit, ut duo poneret repugnantia, quibus medium aliquid insereret. Theophrastum autem Thrasymachum pro inventore generis medii habuisse refert D. H. de adm. vi dic. in Dem. 3, p. 958 R. Accedit, quod idem Dionysius de Isocr. 3, p. 539 R. exponit, quas virtutes Theophrastus generi grandi tribuerit. Quo iure Volkmann[4]) et Schmid[5]) Antistheni hoc meritum vindicent, non video, idem valet de causis, quibus commotus Schmid l. l. totam illam doctrinam ad stoicos referre voluerit. Sed si Theophrastus quoque singulos poetas et scriptores singulis *χαρακτῆρσι* tribuit, tamen minime conatus est, singulas personas unius cuiusdam carminis eodem modo distribuere. Id stoici excogitaverunt. Legimus enim apud Gellium VI, 14 verba plane cum scholio nostro congruentia, ubi, cum de tribus illis generibus elocutionis exposuit, pergit § 7: „sed ea ipsa genera dicendi iam antiquitus tradita ab Homero sunt tria in tribus: magnificum in Ulixe et ubertum, subtile in Menelao et cohibitum, mixtum moderatumque in Nestore,“ et apud Quintilianum XII, 10, 64: „nam et Homerus brevem quidem cum iucunditate et propriam, (id enim est non deerrare verbis) et carentem supervacuis eloquentiam Menelao dedit, quae sunt virtutes generis illius primi, et ex ore Nestoris dixit dulciorem melle profluere sermonem, qua certe delectatione nihil fingi maius potest: sed summam expressurus in Ulixe facundiam, et magnitudinem illi vocis et vim orationis nivibus hibernis copia verborum atque impetu parem tribuit.“ Quae stoicum prae

---

[1]) *τὸ* usque ad *ἐπιλεγόμενον* A post *Ἰσοκράτης.*

[2]) *ἐζήλωσε κτλ.* exstat tantum in T.

[3]) Quam doctrinam litteris mandaverat in libro *περὶ λέξεως*; cf. Rabe, de Theophrasti libris *περὶ λέξεως*, 1890.

[4]) rhet. 532.

[5]) Mus. rhen. 49, 156.

se ferunt colorem. Cui sententiae fulcimen addidit Schmid[1]) ex eodem Gellii capite sumptum. § 9 enim legimus Rutilium Rufum et Polybium, qui stoica imbuti erant philosophia, tres illos philosophos Graecos, qui anno 155 legati Romam venerant, tribus characteribus addixisse: „violenta et rapida Carneades dicebat, scita et teretia Critolaus, modesta Diogenes et sobria.[2])“ Accedit, quod Plutarchus personatus de vit. Hom. 172 eodem modo ex stoicis pendet, qui heroibus eodem modo depictis pergit: *καὶ ταύτας τὰς ἰδέας τῶν λόγων Ὅμηρος παρίστησιν αὐτὸς ἐν τῇ ποιήσει δείξας ἁπάσῃ.* Nec non homines infimae aetatis eandem repetiverunt sententiam; cf. Syrianum apud Spengelium *συναγωγὴ τεχνῶν* 119 adn., Doxopatrem II, 182; VI, 25; VII, 9 W., Sopatrem V, 6 W., Maxim. Planud. V, 217 W., schol. in Aphthon. II, 3 W.

Sed iam transeamus ad ea, quae stoici ipsi excogitaverunt. Quorum philosophia imbutum fuisse *Hermagoram Temnium* notissimum est,[3]) qua adiutus summa arte atque subtilitate novam excogitavit rationem eloquentiam docendi, quae in universum a posterioribus fere omnibus recepta est.[4]) Item constat eum maxime elaboravisse in novis inventionis legibus, in quam induxit doctrinam, quae est de constitutione causae.

Quem ad finem primum omnem dicendi materiam divisit in *θέσεις* et *ὑποθέσεις*. Quarum alterae remotis personis, temporibus, locis ceterisque similibus in utramque partem tractantur, alterae sunt ex complexu rerum, personarum, temporum ceterorumque.[5]) Illam autem congregationem rerum, qua *ὑπόθεσις* fit *θέσις*, Hermagoras nominat *περίστασιν*. Quam vocem petitam esse ex stoica philosophia, ubi *περιστατικά* intelleguntur ea officia, quae quibusdam demum temporibus vel condicionibus officia fiunt, viderunt Striller[6]) et Thiele.[7]) Tales cir-

---

[1]) l. l. p. 139.

[2]) cf. Wilmanns, de Varronis libris grammaticis, 77, adn. 1.

[3]) Probabilitatem non videtur excedere illum quoque aliqua ratione coniunctum fuisse cum Pergamenorum studiis secundum Brzoskae sententiam l. l. 56, adn. 3.

[4]) cf. Thiele, Hermagoras, 1893, p. 171: Sämtliche spätere Stoiker hängen daher, so weit sie etwas in der Rhetorik leisten, von Hermagoras ab, quem tamen doleo proximo enuntiato dixisse: Man ist daher ebensowenig berechtigt, von einer eigenen stoischen Rhetorik zu reden, als von einer Abhängigkeit des Hermagoras von einer solchen; nam, quin Hermagoras e stoicis pendeat, dubium esse omnino non potest.

[5]) cf. Quint. 3, 5, 5.

[6]) l. l. 27.

[7]) l. l. 37.

cumstantias septem esse voluit Hermagoras testibus Hermogene de inv. III (II, 212, 17 Sp.), Fortunatiano 103, 1 H., Augustino 141, 19 H. sc. *τόπον, χρόνον, τρόπον, πρόσωπον, αἰτίαν, πρᾶγμα, ὕλην*. Sed minime oportere omnes *περιστάσεως* partes in uni causa adesse tradit Augustinus.[1]) Itaque plane cum Hermagorae doctrina convenit, quae ad *Α* 1 de prooemio Iliadis exposita sunt: *ἔχει δὲ τοὺς <γενι>κωτάτους τῶν τόπων τὸ προοίμιον· πόσον; πολλάς· ποιόν; ἰφθίμους· οὐσίαν; ψυχάς· τόπον; Ἄιδι· χρόνον; προίαψεν.* B.[2])

Iam venimus *ad constitutionem causae*. Qua de quaestione difficillima, cum haud raro, quae memoriae de ea prodita sunt, vel obscura sint vel inter se pugnent, hoc loco accuratius non acturus sum paucis illis contentus, quae in scholiis Homericis exemplis confirmantur.[3])

Ex quattuor statibus principalibus primo loco ponitur *coniecturalis* (*στοχασμός*), cum id, quod ab alio obicitur, ab adversario pernegatur et quaeritur, utrum reus facinus perpetraverit necne. Eiusmodi litem Vulcanus in clipeo Achillis effinxit *Σ* 497 sqq. Duos enim homines certantes fecit, num pecunia soluta esset, quam alter alteri debebat, quia eius propinquum interfecerat. Alter affirmat se omnia pependisse, alter negat se quidquam accepisse. Minime igitur scholiasta a veritate aberrat, qui adnotat ad hos versus: *ἔστι δὲ ἡ στάσις καταστοχαστικὴ τοῦ μὲν λέγοντος δεδωκέναι τὴν ποινήν, τοῦ δὲ ἀρνουμένου εἰληφέναι [τὴν ποινήν],*[4]) *ἣν παρέχοντες ἔφευγον τὸ ἔγκλημα τοῦ φόνου.* BT.[5])

Alius status, cuius in scholiis mentio fit est *iuridicialis* (*δικαιολογία*), cum de facto convenit, sed iure an iniuria factum sit, quaeritur; studet igitur reus demonstrare, quae sibi crimini dentur, honesta esse, quod non solum in iudiciis sed etiam in cotidiana vita haud raro evenire manifestum est.

Huc pertinet oratio, qua Calypso conatur demonstrare iniuria Iovem flagitare, ut Ulixem dimittat, quem servaverit, cum naufragus Iovis fulgore ictus in oram Ogygiae appulsus sit, quem beneficiis cumulaverit et cui promiserit se ei etiam multa

[1]) p. 141.21 H.: horum autem omnium aut plurimorum rationalis congregatio conflat quaestionem.

[2]) Similiter P_1, quae in G_1 sic exprimuntur, ut textus verbis *πολλάς, ἰφθίμους, ψυχάς, Ἄιδι, προίαψεν* suprascripta sint verba *πόσον, ποιόν, οὐσίαν, τόπον, χρόνον*.

[3]) Quae Eustathius de statibus proferat, hoc loco eo minus respiciendum, cum ex Hermogenis arte pendere videatur.

[4]) delevit Wilamowitzius.

[5]) cf. Lipsius, stud. Lips. XII, 225.

maiora beneficia daturam esse *ε* 130 sq. cf. schol. t.: *ὅρα τὴν δικαιολογίαν, ὅτι, ὃν ἔσωσα, εἰμὶ δικαία τοῦτον κατέχειν, ὑμεῖς δὲ διαφθείραντες ἄλλως ἐβουλεύεσθε.*

Aeque oratio Achillis *Α* 149 sqq. *δικαιολογία* vocatur ad vs. 158: *μεταξὺ τῆς δικαιολογίας ἐντίθησι τὸ ἄτιμον τοῦ θυμοῦ τὰς βλασφημίας παραφωνοῦντος.* BT, ubi Agamemnonis opprobrium, qui eum avaritiae atque doli accusaverat, refutat eo, quod demonstrat, quanta semper fuerit aequanimitate atque modestia, quamquam in bello semper maximos labores susceperit.

Eodem modo *Ι* 309 Achillis fuisset a se culpam demovere, cum in eum crudelitatis crimen Ulixes legatus missus, qui eum placaret, contulisset, priusquam in Agamemnonem inveheret. Quod eum omisisse ira atque odio inflammatum optime scholiasta perspexit: *γυμνός ἐστιν ὑπὸ τῆς*[1]) *ὀργῆς καὶ περιπλοκὰς οὐκ οἶδε λόγων. ἔδει γὰρ πρῶτον*[2]) *δικαιολογεῖσθαι, εἶθ' οὕτως τὴν ἀπόφασιν ἐπαγαγεῖν,*[3]) *ὁ δὲ τοὐναντίον ποιεῖ*[4])*· ἔστι γὰρ θυμὸς μεστὸς ἀκοσμήτου παρρησίας κτλ.* . . . B G_1 T.

Paulo latius patet notio vocis *Ν* 631: *ἠθικὴ καὶ ἔμψυχος ἡ δικαιολογία ὡς πρὸς παρόντα τὸν Δία.* BT. Menelaus enim hoc loco moleste fert Troianos vicisse Jovemque precatur, ne indignis faveat *ἄνδρεσσι ὑβριστῇσιν*

Τρωσίν, τῶν μένος αἰὲν ἀτάσθαλον οὐδὲ δύνανται
φυλόπιδος κορέσασθαι ὁμοιίου πολέμοιο. κτλ.

Tertio loco agendum est de constitutione *scripti et voluntatis* (*κατὰ ῥητὸν καὶ διάνοιαν*), quae nascitur, cum videtur scriptoris voluntas cum ipsis legis sive foederis verbis dissentire. Neque illud exemplo ex Iliade petito illustrari nequit. Foedus dico, quod Agamemnon et Priamus iciunt *Γ* 276 sqq. Nam etiamsi verba Agamemnonis sonant: si Alexander Menelaum necat, sibi habeto Helenam eiusque bona ac fortunas, Graecique infecta re domum redibunt, sin Menelaus Alexandrum interfecerit, Troiani Helenam et, quae eius sunt, reddunto, tamen ex eius sententia Helena quoque reddenda erat, si Paris pro victo abiit, etiamsi non pugna cecidit. Itaque vs. 456 optimo iure postulare existimat, ut Helena Menelao tradatur, quod Troiani suo iure negant, verba legis spectantes, cum Paris non necatus sit. Neque scholiastam ad hunc locum nugas agere concedet, qui leget in A ad 457: *καὶ γίνεται ἡ στάσις ῥητὸν*

[1]) *ἐστιν ὑπὸ τῆς* om. T.

[2]) addidit G_1. [3]) *εἰπεῖν* T. [4]) *φησί* T.

καὶ διάνοια· διὸ ἀμφοτέρων εὔλογον αἰτίαν ἐχόντων ἐπίσκεψις καὶ πρὸς ὀλίγον ἐπίσχεσις γίνεται τοῦ πολέμου.[1])

Haec de statibus. Quae petita esse ex Telephi libro supra laudato, in quo de statibus apud Homerum egit,[2]) facile aliquis contenderit. Quam ad coniecturam fulciendam addat eundem Telephum aliis locis in scholiis esse commemoratum.[3]) neque eum his tantum locis a scholiastis excerptum esse ei concedendum esse, qui vel mediocriter rationem scholiastarum perspexerit. Attamen res tam incerta et lubrica est, ut de origine illorum scholiorum nihil statuere audeam.

Iam agendum esset de *officiis oratoris,* nisi parum constaret, quid de his stoici novi invenissent, quid ab aliis sumpsissent. Eandem divisionem, quam iam Theophrastus adhibuit,[4]) amplexi sunt teste Diogene Laertio.[5])

Propria eorum fuisse videtur significatio *οἰκονομίας* pro dispositione; immo duplicem distinxerunt dispositionem; *τάξιν* et *οἰκονομίαν.*[6]) Sulpicius Victor enim docet[7]) ordini adiunctam esse *οἰκονομίαν,* quae hoc distet a superiore, quod ille quidem ordo naturalis, hic ordo artificiosus sit. Ordo est, ut eius utar verbis, ut secundum textum naturalem singula persequamur, primum in partibus elocutionis, ut sit scilicet primum exordium, tum narratio, tum partes argumentationis, peroratio demum extrema. Artificiosus ordo est, ut hunc ipsum ordinem si ita causa poscit, plerumque vertamus, nam aliquando omittenda principia, aliquando subdividenda et interrumpenda narratio, ex parte ponenda et imperfecta argumen-

[1]) Alio sensu opponuntur *ῥητόν* et *διάνοια* Ω 750: *οὐ πρὸς τὸ ῥητὸν ὑπήντησεν ἀλλὰ πρὸς τὴν διάνοιαν, οὐ γὰρ εἶπε τὸ καὶ τεθνηκὼς πάλιν αὐτοῖς φίλος εἶ* (*εἴη* cod.) T. Iubemur enim *καὶ τεθνηκὼς πάλιν αὐτοῖς φίλος εἶ* supplere, cum Hecuba ex eo, quod dei Hectorem curant mortuum quoque, colligere nequeat, dum vixit illum deis gratum fuisse, quae legimus versu praecedente: *ἦ μέν μοι ζωός περ ἐὼν φίλος ἦσθα θεοῖσιν.* Neque ad *K* 214 P_3 de statibus agitur: *ἐνταῦθα ἐκκόπτει τοῖς σοφισταῖς κατὰ ῥητὸν καὶ διάνοιαν ζήτημα· ζητήσεως γὰρ ἄξιον, εἴτε τοὺς βασιλεῖς μόνον οἰητέον ἀρίστους εἴτε σὺν αὐτοῖς καὶ τοὺς ἡγεμόνας καὶ μέδοντας.* Agitur enim de ambigua notione vocis *ἄριστος.* Ceterum ille locus ex Eustathio p. 799 descriptus est.

[2]) cf. p. 99 sqq. Indoles illius libri fortasse eadem erat atque Eugraphii commentarii in Terentium.

[3]) ad *Δ* 132, *K* 53, *K* 545, *O* 668, *E* 515.

[4]) cf. D. L. V, 48, anon. VI, 35 W.

[5]) D. L. VII, 43: *εὕρεσις, φράσις, τάξις, ὑπόκρισις.*

[6]) cf. Thiele, l. l. 144.

[7]) p. 320 H., cf. Fortunatianum, p. 120 H.

tatione reddenda.[1]) Fere unaquaque autem in pagina scholiorum Homerus laudibus tollitur propter egregiam *οἰκονομίαν* sc. propter elegantem compositionem poematis eiusque partium, quae non raro eo constat, quod res alio ordine narrantur, et coniunguntur, quam exspectas. Itaque mihi non plane falsus esse videor, cum eo inclino, ut censeam stoicorum potissimum auctoritate vocem illam in sollemnem illum usum venisse.

Sequuntur *partes orationis.* Striller[2]) monstravit ne a stoicis quidem repudiata esse virtutes illas *prooemii,* quae iam Isocrates constituit[3]), nempe, ut, qui audit, attentus, benevolus, docilis reddatur.[4]) Ergo nil obstat, quominus per stoicum fontem in scholia manasse contendamus, quamquam pro certo venditare non audeo. *ι* 14: *ὅσα αὔξει τὴν προσοχὴν προσδοκίαν ἐμποιῶν, ὅπερ ἐστὶ τεχνικὸν ὡς ἐν προοιμίῳ· δεῖ γὰρ παρὰ τῶν ἀκουόντων ἑαυτῷ μὲν εὔνοιαν ἐπισπᾶσθαι, τῷ δὲ λόγῳ προσοχήν, ἵνα τὸν μὲν λέγοντα ἀποδέξωνται, τῶν δὲ πραγμάτων ἐπιθυμήσωσι τὰ λεγόμενα, καὶ μάθωσιν, ὅπερ δι᾽ ὅλου κατώρθωκεν Ὀδυσσεὺς ἑαυτὸν μὲν ἐπαινέσας, τὸ δὲ πλῆθος καὶ τὴν καινότητα τῶν πραγμάτων ἐνδειξάμενος δηλοῖ τὴν προαίρεσιν, καὶ πόθεν παραγίνεται καὶ τί βούλεται, εἶθ᾽ οὕτως καὶ τὰ μείζονος διηγήσεως ἄρξηται· Ἰλιόθεν με φερών.* t. *Α* 3: *κίνησιν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἔχει τὸ προοίμιον, εἰ μέλλει διηγεῖσθαι θανάτους πολλῶν ἰφθίμων ἡρώων.* BT.

Inter verba Quintiliani IV, 1, 34: „docilem sine dubio et haec ipsa praestat attentio, sed et illud, si breviter et dilucide summam rei, de qua cognoscere debeat, indicaverimus: quod Homerus atque Vergilius operum suorum principiis faciunt. nam is eius rei modus est, ut propositioni similior sit quam expositioni, nec quo modo quidque sit actum, sed de quibus dicturus sit orator ostendat,[5])“ similitudo intercedit cum eis, quae legimus ad *Α* 1: *ἀρετὴ δὲ προοιμιαστικὴ παραλαμβάνειν*[6]) *τὴν*

[1]) cf. Volkmann, 364 et Striller, 36 adn. qui affirmant, ubicunque illa bipartitio occurrat, de stoicorum praeceptis esse cogitandum.

[2]) l. l. 43.

[3]) cf D. H. de Lys. 17.

[4]) Num ex eo, quod exordium omnino omitti iussit, si iam benigni sunt, apud quos loquendum est, Thiele iure collegerit p. 114 Hermagoram illa officia omnino improbasse, valde dubito.

[5]) cf. eundem Quintilianum X, 1, 48: age vero non in utriusque operis sui ingressu in paucissimis versibus legem prooemiorum non dico servavit, sed constituit? nam benevolum auditorem invocatione dearum, quas praesidere vatibus creditur, et intentum proposita rerum magnitudine et docilem summa celeriter comprensa facit.

[6]) *προοιμιαστοῦ* et *περιλαμβάνει* cod; correxi.

τῆς πραγματείας ἐπαγγελίαν. M. et an. Ox. IV, 406: . . . *καθάπερ καὶ τὰ κεφάλαια ἐν τῷ προοιμίῳ κεῖνται τῆς ποιήσεως.*

Num stoicis etiam Isocratis de virtutibus *narrationis* praeceptum, sc. ut sit lucida, brevis, verisimilis, placuerit, non constat, quamquam nullum argumentum contra afferri potest. Ergo de scholiis, quibus eadem opinio refertur diiudicare non licet. Quorum in numero est e. g. *E* 9: *τοῦτο τὸ εἶδος διήγησις λέγεται· τρεῖς δ' ἀρεταὶ διηγήσεως· σαφήνεια, συντομία, πιθανότης κτλ.* B T. Item in dubio relinquendum est, num stoicis debeantur scholia illa de narratione particulari,[1]) etiamsi Fortunatianus et Julius Victor eam non ignorant.

Pag. 108 addit Fortunatianus ad quattuor illas orationis partes, quae antiquitus constitui solent, principium, narrationem, argumentationem, perorationem, recentiores quasdam, quarum in numero sunt *προέκθεσις* et *προπαρασκευή*,[2]) quas cum Volkmanno[3]) a stoicis excogitatas esse conicio. Proecthesis quid sit, exponit p. 210, 20: quid est proecthesis? cum ante narrationem aliquid docilitatis causa adferimus. Vocabulum Eustathius adamavit,[4]) in scholiis perraro investigavimus, ita ut exempli gratia afferre tantum possim *N* 171: *χαριὲν τὸ*[5]) *ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἐπισήμων τὴν διήγησιν κατὰ τὰς ἀναιρέσεις ἐκφέρειν· τὸ μὲν γὰρ προεκθέσθαι περὶ ἑκάστου μακρόν,*[6]) *τὸ δὲ ἐν τοῖς συμπτώμασι παραδιηγεῖσθαι πιθανόν.* B T. Quod Fortunatiani definitioni respondet, nam priusquam Menelaum Imbrium interficientem faciat, Homerus multa narrat l. l. de vita et domicilio infelicis illius Imbrii. Cui assero alterum exemplum, ubi vocula exstat *α* 1: *τὸν τρόπον προεκτίθεται, δι' οὗ τὴν ποίησιν πλατύνει. ἡ γὰρ πολύτροπος τοῦ Ὀδυσσέως περίοδος*

[1]) cf. p. 82.

[2]) *ὑπεξαίρεσις*, quam eodem loco Fortunatianus profert, in scholiis quoque occurrit, sed plane diverso sensu. Fortunatianus enim statuit esse *ὑπεξαίρεσιν*, cum aliquid in actione subtrahimus doli causa. In scholiis autem usurpatur de figura illa sententiae, quam explicant Alex. III, 16, 21 Sp., Zon. III, 162, 1 Sp., anon. III, 175, 17 Sp. Quae fit, si personam vel rem quandam excipimus ex multitudine eo consilio, ut de ea agamus eo maiore gravitate. cf. e. g. *Α* 17: *Ἀτρεΐδαι τε καὶ ἄλλοι ἐυκνήμιδες Ἀχαιοί*] *εἴωθεν δὲ ὑπεξαίρειν τὰ προύχοντα πρόσωπα ὡς τὸ Τρῶές τε καὶ Ἕκτορα* (N 1). *N* 1 *ὑπεξεῖλε δὲ αὐτὸν* (sc. Hectorem) *ἰδίᾳ.* B T.

[3]) p. 125. Cui Striller p. 43 obloqui non videtur, quamquam certa testimonia huius originis non exstant.

[4]) 31 locos numeravi.

[5]) *πιθανῶς — ἐκφέρει* B.

[6]) *περιττὸν* B.

πλάτος τῇ ποιήσει ἐμπλατυνεῖ, quamquam hoc minime de figura vel de orationis parte dictum est, sed de uno verbo *πολύτροπος*.

Προπαρασκευή sive *προκατασκευή* est[1]): qua iudicem nobis praeparamus, cum aut quaedam nobis obsunt et illis prius occurrendum est: aut cum quaedam prosunt et ea debemus utiliter spargere, quae nobis per totam actionem prodesse possint. Quocum optime convenit, quae ad Ulixis verba *ι* 12

σοὶ δ' ἐμὰ κήδεα θυμὸς ἐπετράπετο στονόεντα
εἴρεσθ', ὄφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στεναχίζω

in t legimus: *ἐπειδὴ μέλλει περὶ πραγμάτων διηγεῖσθαι, ἠθικῶς προκατασκευάζει, ὅτι μᾶλλον τῷ ἡμετέρῳ συμποσίῳ ἁρμόζει ἡ τοῦ κιθαρῳδοῦ ἀκρόασις, ἵνα, ἐὰν ὀχληρὸς φαίνηται, τοῖς βιασαμένοις ἀναφέρωσι τὴν αἰτίαν· ἅμα δὲ καὶ προσοχὴν ἐργάζεται, ὅτι πολλὰ ἀπαγγελεῖ παράδοξα.* Ceterum voces *προκατασκευή, προοικονομία, προαναφώνησις* et apud Eustathium *προέκθεσις* omnes eundem in modum usurpantur ad animos lectorum advertendos ad eos carminis versus, quibus, quae in aliis poematis partibus narrantur, praedicuntur vel praeparantur.[2])

Iam delapsi sumus Strillero duce ad singula vocabula, quae ex stoicorum terminologia petita esse videntur. Nisus Servii verbis Aen. IX, 570: Caenea Turno, Turnus Ityn] ut ait Lucilius bonum schema est, quotiens sensus variatur in iteratione verborum et fine positus sequentis fit exordium, qui appellatur climax, Striller[3]) propter familiaritatem Lucilii cum nobilibus Romanis, qui stoicis addicti erant, putat a stoicis vocem *climax* in artem rhetoricam esse translatam, quam iam vidimus antiquioribus temporibus ignotam fuisse.[4])

Porro Striller[5]) quaestionem instituit de voce *φαντασία*, item a stoicis derivanda. Quid autem sit, optime Quintilianus

[1]) Fortunatianus l. l.

[2]) Longum est ipsa verba exscribere, ergo satis habeo hic locos scholiorum componere: *προαναφώνησις*: *α* 154 h m v y; A ad *Λ* 604, *X* 62; B ad *B* 39, *B* 872, *B* 787, *E* 662, *M* 37, *O* 56, *Π* 71, *P* 256; T ad *B* 278, *K* 274, *P* 272, *X* 5; Lips. ad *N* 645; G_2 ad *B* 36, *M* 10; P_3 ad *I* 305, *K* 330, *K* 336. *προκατασκευή*: A ad *B* 278, *Π* 140, *P* 96; B ad *M* 297, *Ξ* 217, *Π* 140, *Π* 145, *P* 93, *P* 127, *P* 217, *Σ* 35; T ad *E* 348, *Λ* 17, *Σ* 418; G_2 ad *B* 278, *Π* 71; P_7 ad *E* 765; schol. Od ad *α* 262, *ζ* 18, *ι* 12, *ι* 68. *προοικονομία*: schol. Od ad *α* 1, *α* 154, *α* 255, *α* 262, *α* 284, *β* 111, *γ* 279, *ζ* 28, *η* 35, *ϑ* 215, *ι* 209, *ι* 353, *κ* 23, *κ* 95, *ρ* 375, *τ* 175; A ad *Λ* 694, *Π* 140, *Θ* 490; B ad *B* 362, *Γ* 261, *Δ* 90, *Δ* 106, *E* 126, *Z* 438, *H* 250, *H* 258, *Ψ* 62; T ad *A* 213, *B* 260, *K* 260, *K* 349, *P* 75, *Υ* 7, *Φ* 515.

[3]) l. l. 47 sqq.

[4]) cf. p. 93.

[5]) l. l. p. 56.

explicat VI, 2,29: per *φαντασίας* imagines rerum absentium ita repraesentantur animo, ut eas cernere oculis ac praesentes habere videamur. Auctor libelli *περὶ ὕψους* 15[1]) duplicem discrevit *φαντασίαν*, sc. *φαντασίας ποιητικάς* et *ῥητορικάς*. Poeticis effici dicit *ἔκπληξιν*, quem affectum stoicorum ex metus definitione petitum esse Striller demonstravit. Phantasia rhetorica efficitur *ἐνάργεια*, quam orationis virtutem Aristoteli nondum notam fuisse iam vidimus.[2]) Atque ea quoque voce Graeci sollemniter utebantur inde ex stoicorum temporibus.[3]) Neque raro in scholiis occurrit; cf. *Α* 163 BG_2T, *Ε* 401 B, *Ζ* 117 BT, *Ζ* 468 BT, *Δ* 108 T, *Ε* 141 B, *Ε* 664 T, *Α* 303 BT, *Δ* 154 BT, *Θ* 348 BT, *Ι* 404 BT, *Κ* 199 BT, *Κ* 461 BT, *Α* 414 BT, *Ν* 393 BT, *Ν* 409 BT, *Ξ* 438 BT, *Ξ* 454 BT,[4]) *Ο* 506 BT, *Π* 294 BT, *Β* 762 BT, *Ρ* 290 BT, *Ρ* 386 BT, *Ρ* 389 BT, *Υ* 394 BT, *Φ* 526 BT, *Χ* 62 BT, *Ψ* 362 BT,[4]) *Ψ* 692 BT, *Ω* 486 B, *Ω* 708 BT, *Α* 378 T, *Μ* 208 T, *Ν* 475 T, *Π* 107 T, *Π* 69 T, *Ψ* 607 T, *ζ* 49 pt, *ϑ* 515 t, *μ* 435 pq. Quae observationes plerumque sermonis colore atque via, qua artem singularem poetae demonstrare periclitantur, causasque investigare student, cur Homerus hominum animos tam vehementer incitet atque inflammet, toto coelo distant a sobria atque accurata ratione, qua Alexandrini Homerum interpretati sunt, ut vel inde efficiatur, iniuria scholae Aristarcheae scholia exegetica esse tributa.

Tum Striller[5]) recte observavit, quas Fortunatianus p. 127 H. exempli gratia enumerat figuras, omnes exepta una *προθεραπεύσει* iam aliunde notas esse. Quod vocabulum eo maiore iure ad stoicos referri posse arbitratur, quia illi multi erant in vocabulis a medicina ad animi *διαθέσεις* transferendis. Illo autem nomine significari eandem figuram, quam alii *προδιόρθωσιν* appellabant,[6]) idem Striller perspexit. Qua orator occupatione quadam efficere studet, ut audientes benigne aliquid accipiant, quod ipsi odio illis minus gratum est. Striller addere potuit, rhetores in definitione illius figurae voce *θεραπεύειν* usos esse et Eustathium utrumque vocubulum de eadem re usur-

1) I², 131, 15 Sp.
2) cf. p. 92.
3) Locos huc pertinentes contulit Striller l. l., p. 60; cf. Eucken, Gesch. der philosophischen Terminologie, 1879, p. 20 et 31.
4) Ibi coniunctum cum *φαντασία* legitur.
5) l. l. p. 54.
6) cf. Alex. III, 14, 25, Phoebam. III, 51, 2, Tiber. III, 62, 6, Herodian. III, 95, 22, Zon. III, 161, 12, anon. III, 174, 12 Sp. Aquil. Rom. 23 H.

pare *Ι* 11 (733). Cum autem et *θεραπεύειν* et *προθεραπεύειν* haud raro occurrant in scholiis novum argumentum invenimus illa stoica doctrina imbuta esse. Exempla appono duo de Calchantis oratione initio libri primi, qua patefacit, Apollinem Agamemnoni irasci. *Α* 80: *προθεραπεύει ὁ Κάλχας τὸν βασιλέα, μέλλων αὐτὸν αἴτιον λέγειν τῆς συμφορᾶς.* G_1. *Α* 93: *προθεραπεύει δὲ τὸ πλῆθος εἰς εὔνοιαν ἐπαγόμενος ὡς θυσίας οὐκ ὀφεῖλον.* BG_1. Alia leguntur ad *γ* 49, *γ* 85, *ζ* 180, *η* 155, *Α* 90, *Α* 145, *Δ* 356, *Ι* 38, *Ι* 236, *Ν* 117, *Ν* 745, *Σ* 364, *Ω* 667.

Neque desunt alia exempla illius conaminis vocabula artis medendi rhetoricae accomodandi; cf. e. g. *Α* 1: *ἤρξατο μὲν ἀπὸ μήνιδος ἐπειδήπερ αὕτη τοῖς πρακτικοῖς ὑπόθεσις γέγονεν. ἄλλως τε καὶ τραγῳδίας*[1]) *ἐξεῖρε προοίμιον· καὶ γὰρ προσεκτικοὺς ἡμᾶς ἡ τῶν ἀτυχημάτων διήγησις ἐργάζεται καὶ ὡς ἄριστος ἰατρὸς πρῶτον ἀνατέλλων*[2]) *τὰ νοσήματα*[3]) *τῆς ψυχῆς ὕστερον τὴν ἴασιν ἐπάγει.*[4])

Sed iam finem faciam disputationi, quamquam optime scio me multa intacta reliquisse. E. g. stoici primi videntur perpolivisse doctrinam de soloecismis, de quibus iam Theophrastus scripserat.[5]) De quibus me acturum esse eo magis exspectare poteras, cum in ipsis scholiis testimonium exstet, quomodo Chrysippus hac in provincia versatus et Homerum interpretari conatus sit. Ad *Α* 129 enim legimus: *Ζώιλος δὲ ὁ Ἀμφιπολίτης καὶ Χρύσιππος ὁ Στωικὸς σολοικίζειν οἴονται τὸν ποιητὴν ἀντὶ ἑνικοῦ πληθυντικῷ χρησάμενον ῥήματι· τὸ γὰρ δῷσι πληθυντικόν.* Quod exemplum puto satis erit, ut non nimis doleamus, deperdita esse, quae ille praestiterit in interpretatione Homeri. Duplici autem ex causa supersedeo hanc quaestionem tractare. Nam et magis pertinet ad grammaticam quam ad rhetoricam artem et egit nuper accuratissime de soloecismis Schepssius.[6])

Unum spero apparuisse, *quantum scholia Homerica stoicis debeant.* Alia autem quaerere, quae paulo sunt reconditiora, quibus idem evincatur, et investigare, quae aliis ex disciplinis profecta in scholiorum vasta mole lateant, iam differamus ad tempora posteriora.

1) *τραγῳδίαις* A. *τραγῳδικόν* M.
2) Scripsi pro *ἀναστέλλων*, quod est in codd; quid enim est reprimens? immo faciens, ut oriantur, medelam affert.
3) *νοήματα* M.
4) *ἐπιλέγει* M.
5) D. L. V, 48.
6) De soloecismo, 1875.

Tabula argumenti.

Vita.

Natus sum Hermannus Georgius Lehnert Fribergae anno huius saeculi LXXI pridie idus Martias patre Hermanno, qui ludi magistri munere fungitur, matre Amalia e gente Straubiana, quos adhuc superstites esse summopere laetor. Fidei addictus sum evangelicae.

Litteris elementariis per quattuor annos imbutus anno h. s. LXXXI inter discipulos urbis patriae gymnasii receptus sum rectore Riccardo Franke. Quod postquam quinque per annos frequentavi, tam gravi morbo afflictus sum, ut paene cogerer litteris valedicere. Vere anni XCI maturitatis testimonium adeptus Lipsiam me contuli, ut ibi philologicis studiis operam navarem. Docuerunt me viri illustrissimi: Brugmann, Buresch, Cichorius, Heinze, Hofmann, Immisch, Lipsius, Ribbeck, Richter, Schneider, Schreiber, Sievers, Wachsmuth, Frid. et Ed. Zarncke.

Proseminarii philologi cum tria per semestria sodalis exstiti moderantibus Immischio, Bureschio, Ed. Zarnckio atque per bis sex menses senioris, ut aiunt, munere functus sum, in egregiam seminarii palaestram receptus sum, in qua ter sex menses versatus sum rectoribus Lipsio, Ribbeckio, Wachsmuthio. Seminario historico Wachsmuthii et Cichorii auspiciis nunc tertium semestre adscriptus sum. Exercitationibus philologicis ut interessem, benigne concessit Ribbeckius, cuius societati nunc adnumeror per quattuor annos. Ter sex menses socius fui societatis historicae Cichorii, per idem tempus ad germanicum proseminarium aditum mihi patefecit Sievers. Denique in paedagogicum seminarium me recepit Richter proximo semestri.

Quibus viris omnibus quam maximam habeo gratiam et semper habebo. Praecipue nunquam desinam pio gratoque animo prosequi cum Ribbeckium tum Immischium, qui studiorum meorum semper erant fautores egregii.

Denique lubens semper recordabor, quantum fructum perceperim in sodalicio philologico academico ex coniunctis amicorum studiis.